CANONES POENITENTIALES , À SANCTO CAROLO BORROMAEO...

Carlo : Borromeo santo (santo)

Digitized by Google

NAZIONALE
13
14 S
23
BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
M

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

CANONES POENITENTIALES,

à Sancto

CAROLO BORROMÆO

Ex antiquis Pœnitentialibus Collecti.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quibus præmittitur compendioſa Deductio in cognitionem originis, vigoris, & declinationis dictorum Canonum.

13
14 S
23

BIBL. SS. IO. & PA. DE URB.

GANDAVI,
Typis FRANCISCI D'ERCLE, Typog. & Bibliopôlæ, ad Inſigne *Phœnicis*.

M. DC. LXXII.

Ex Libris Recessus SS. MM. Ioij et Pauli: de Urbe.

Digitized by Google

Digitized by Google

TYPOGRAPHUS

LECTORI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CUm animadverterem *Canonum Pœnitentialium* ſat frequentem hodie mentionem fieri, ſed raram eorum eſſe copiam, etiam apud illos, quibus eorum notitia pernecesſaria cenſetur pro directione & inſtructione animarum; rem non inutilem me facturum exiſtimavi; ſi illos ſeorſim ederem, eo modo & ordine quo collecti ſunt à S. CAROLO BORROMÆO, adjectiſq; *Inſtructionibus* quas pro adminiſtratione *Sacramenti Pœni-*

tentiæ, Confeſſariis præſcripſit. Et quo pœnitiùs in eorum cognitionem pervenias, ecce compendioſam ac lucidam deductionem, quam à Viro iſtarum rerum Studioſo in uſum tuum accepi.

CAnones Pœnitentiales dicuntur, Conciliorum, Pontificum, & Sanctorum Patrum Decreta, quibus pœnitentiæ ſeu opera pœnoſa, cuique Crimini proportionata, determinantur & injunguntur.

Horum uſus eſt antiquiſſimus, & ab ipſis propè Eccleſiæ incunabulis exordium ſumpſit. Hac quidem naſcente plebs Chriſtiana, ſine lege certa, ſine jure certo agebat, omniaque manu ab Apoſtolis gubernabantur. Sed eâ demum auctâ, multiplicatiſque criminibus, neceſſe quoque fuit iis pœnas imponere, earumque infligendarum modum præſcribere: ne Magiſtratus Eccleſiaſtici, humano more iniquis affectibus ducti, aut errore, nimiaque clementiâ ſeducti, in criminis Reos ini-

que

què ferrentur. Cumque SS. Patres, animarum quoque Medici, curandis peccatorum vitiis ac vulneribus potiùs intenderent, quàm eorum naturâ & diſtinctionibus præcicè dignoſcendis & decernendis; magis quoque ſolliciti fuêre ut Sacerdotes docerent, quæ qualiave remedia eſſent ſingulis peccatis convenientia, quàm eos in tenuiſſimas & ſubtiliſſimas de iſtis ſpeculationes deducere. Quæ enim actio peccatum eſſet, quantumvè, & quàm horrendum, judicarunt ab unoquoque, vel ex diſpoſitione legis cui adverſatur, vel ex appoſitâ pœnâ, & medicamine liquidò dignoſci poſſe; vel ſaltem in caſu dubio, ſecuriorem partem à prudentibus, & ſalutis ſuæ Studioſis procûldubiò eligendam: nam ità nati, & inſtituti ſumus, ut cum de re agitur alicujus ponderis ad nos ſpectante, quod certum eſt & extrà omnem periculi aleam, præponamus ſemper eventui dubio & periculis expoſito: ſi ſecùs fiat, næ meritò dixeris, rei iſtius momentum vel ignorari omninò, vel parvi fieri

Quoties itaque peccatum aliquod novum occurrebat, aut peccati nova, ſed magni momenti, circumſtantia, toties in unum conveniebant Epiſcopi, &

ſcrupuloſè admodùm inquirebant, quo pœnitentiæ genere peccatum illud eſſet expiandum: Et re deliberatâ ac definitâ, Parœciis ſuis id quod communi conſenſu ſtatutum erat, ſignificabant, ut Epiſcopi omnes & Presbyteri crimen illud juxtà Canonem recens conditum, pœnitentiâ impoſitâ curarent. Tanto ſtudio cavebant ne reconciliationem cum indignis communicarent.

Undè videre eſt inſignes & Doctiſſimos Epiſcopos, emergente aliquo novo crimine, hærentes quâ pœnitentiâ eſſet cluendum, jubentesque criminis Reos tantiſper apud ſe flere, orare, jejunare, donec Epiſcopi convenientes deliberaſſent, quo pœnitentiæ medicamine eſſent ſublevandi & curandi. Videre eſt alios in ejuſmodi caſu ſuſpenſos, nihil de pœnitentiâ ſtatuentes, donec à vicinis Epiſcopis reſponſum tuliſſent. Quàm ſedula diligentia! quàm anxia ſollicitudo! Nec iſta diligentia tribus aut quatuor tantùm ſæculis in Eccleſia viguit, ſed undecim ità conſtanter perduravit, ut de ea vix quidquam remiſſum fuerit.

Sed expedit ipſoſmet hac de re loquentes audire, ne fucum videamur venditare. Antiqui illius moris locupletiſſimus

tiſſimus teſtis eſt. S. Cyprianus multis in Epiſtolis, & præſertim Epiſtola 53. Epiſcopi ſex eum conſulunt, an tutò, poſt triennii pœnitentiam, iis reconciliatio præſtari poſſet, qui fortiſſimè coram Magiſtratu, & populo fremente tormenta paſſi fuerant & vicerant; ſed deindè à Proconſule tenti, & graviſſimis pœnis diutiſſimè excruciati tandem ceciderant, & gloriam priore certamine partam maculaverant. Neque Cyprianum ſolummodò de hac re conſulunt, ſed etiam rogant ut cum aliis Epiſcopis quæſtionem illam communicet. Quod his ipſe verbis teſtatur. "Quoniam tamen ſcripſiſtis ut cum „pluribus collegis de hoc ipſo pleniſ„ſimè tractem, & rès tanta exegit ma„jus & impenſius de multorum colla„tione conſilium; & nunc omnes ferè „in Paſchæ prima Solemnia apud ſe, „cum Fratribus demorantur; quando „ſolemnitati celebrandæ apud ſuos „ſatisfecerint & ad me venire cepe„rint, tractabo cum ſingulis pleniùs „ut de eo quod conſuluiſtis, figatur „apud nos, & reſcribatur vobis firma „ſententia multorum Sacerdotum con„ſilio ponderanda". En quanti ſex illi Epiſcopi & Cyprianus hanc quæſtio-

 nem

nem judicaverint, nullo fortaſſis nego-
tio per Confeſſarium quemlibet, ſi ho-
die proponeretur, in favorem Rei blan-
dè definiendam. Interim tamen reſpon-
det, Epiſcopis illis & ſibi videri, pa-
cem tutò, his lapſis credi poſſe, poſt
actam triennio pœnitentiam.

Similiter Clerus Romanus, qui poſt
obitum S. Fabiani Pontificis Sedem Ro-
manam vacantem regebat, non fuit au-
ſus pœnitentias Lapſis imponendas de-
cernere, ſe i rem ſuſpenſam tenuit, do-
nec Pontifex Eccleſiæ præficeretur,
uſus interim certo quodam tempera-
mento, ne cura ipſorum prorſus negle-
cta videretur; ſic ſcribit Clerus ille ad
S. Cyprianum Epiſtolâ quæ inter hu-
jus Sancti eſt 31. " Cujus temperamen-
„ ti moderamen nos ſic tenere quæren-
„ tes diu, & quidem multi, & quidem
„ cum quibuſdam Epiſcopis vicinis no-
„ bis & approquinquantibus, & quos
„ ex aliis Provinciis longè poſitis per-
„ ſecutionis iſtius ardor ejecerat, ante
„ conſtitutionem Epiſcopi (Romani)
„ nihil innovandum putavimus, ſed
„ Lapſorum curam mediocriter tempe-
„ randum eſſe credidimus, ut interim
„ dum Epiſcopus dari à Deo nobis ſu-
„ ſtinetur, in ſuſpenſo eorum qui mo-
ras

„ ras poſſunt dilationis ſuſtinere, cauſa teneatur".

Sed quid ſi intereà quiſpiam periclitaretur de vita, an forſan medicamine pœnitentiæ, & reconciliationis gratiâ deſtitutus morti exponebatur? minimè: Sed ecce quibus conditionibus, quantâ cautelâ & anxietate curabatur." Eorum, inquit idem Clerus, quorum „ vitæ ſuæ finem urgens exitus dilationem non poteſt ferre, actâ pœnitentiâ, & profeſſa frequenter ſuorum „ deteſtatione factorum, ſi lachrymis, „ ſi gemitibus, ſi fletibus dolentis ac „ verè Pœnitentis animi ſigna prodiderint, cum ſpes vivendi ſecundùm „ hominem nulla ſubſtiterit ità demùm „ cautè & ſollicitè ſubveniri, Deo ipſo „ ſciente quid de talibus faciat, & „ qualiter judicii ſui examinet pondera „ nobis tamen anxiè curantibus; ut nec „ pronam noſtram improbi homines „ laudent facilitatem, nec verè Pœnitentes accuſent noſtram quaſi duram crudelitatem". Quis crederet etiam in extrema illâ neceſſitate tam perſpicua veræ pœnitentiæ ſigna eſſe exigenda, ut Abſolutio, ſub incerto licet effectu, concedatur? quàm longè erant viri illi ſancti ab eorum ſententia & praxi, qui

peccatoribus, etiam publicis interdum ebrioſis, concubinariis, adulteris, blaſphemis, ſimilique vitio notatis, ſi repentino mortis periculo corripiantur, & compulſi veriùs quàm pio affectu moti, Confeſſarium poſtulent, illique peccata aliqua, curſim licet & tumultuariè enarrent, tametſi nullam prætereà Deo aut Eccleſiæ pro dato ſcandalo ſatisfactionem, neque aliud ſinceræ converſionis teſtimonium præbeant, Sacramenta Pœnitentiæ, imò & Euchariſtiæ abſque ulla ambiguitate offerunt.

Sed hæc obiter: ad S. Cypriani tempora regrediamur. Tanta itaque cautione Lapſis olim administrabatur Abſolutio, ut eam tempore pœnitentiæ nondum expleto poſtulare non auderent, niſi Martyrum, carceribus detentorum, precibus & libellis muniti. S. Cyprianus autem, quia communionis ſeu reconciliationis adhibitio res erat maximi momenti, eam licet inſtantiſſimè efflagitatam, iis reddere conſultum non putabat, ne margaritas imprudens porcis obtruderet: „Sed „quoniam, inquit, Ep. 14. non paucorum, nec Eccleſiæ unius aut unius „Provinciæ, ſed totius orbis cauſa eſt, „expectent antè de Domini protectio-

„ne Eccleſiæ ipſius publicam pacem.
„ Hoc enim & verecundiæ & diſcipli-
„ næ, & vitæ omnium noſtrorum con-
„ venit, ut Epiſcopi plures in unum
„ convenientes, præſente & ſtantium
„ plebe (quibus & ipſis pro fide & ti-
„ more ſuo honor habendus eſt) diſpo-
„ nere omnia conſilii communis Reli-
gione poſſimus".

Quid autem, inquies, tandem factum eſt pace Eccleſiæ reddita? hoc nos docet Cyprianus Ep. 52. „ Secun-
„ dum quod antea fuerat deſtinatum,
„ perſecutione poſitâ, cum data eſſet
„ facultas in unum conveniendi, copio-
„ ſus Epiſcoporum numerus, quos in-
„ tegros & incolumes fides ſua & Do-
„ mini tutela protexit, in unum con-
„ venimus; & Scripturis diu ex utra-
„ que parte prolatis, temperamentum
„ ſalubri moderatione libravimus, ut
„ nec in totum ſpes communicationis
„ & pacis Lapſis denegaretur &c. nec
„ tamen rurſus cenſura Evangelica ſolve-
„ retur, ut ad communicationem teme-
„ rè proſilirent; ſed traheretur diu
„ pœnitentia, & rogarentur dolenter
„ Paterna clementia, & examinaren-
„ tur cauſæ & voluntates, & neceſſi-
„ tates ſingulorum, ſecundum quod

„ Libello continetur, quem ad te per-
„ veniſſe confido ubi ſingula placitorum
„ capita conſcripta ſunt".

Ecce quâ diligentiâ ſtatim poſt ſeda-
tam perſecutionem S. Cyprianus, &
Africani Epiſcopi, ſanandis per pœni-
tentiam lapſis invigilaverint, & quantâ
diſcretione ac moderamine criminum
circumſtantias examinaverint, quantâ-
que prudentiâ & ſolertiâ unicuique cri-
minum ſpeciei medicamentum proprium
applicaverint, ità ut libellos de hâc re,
communi conſenſu in Concilio ederent,
quos Epiſcopi omnes & Præsbyteri in
dandis pœnitentiis ſequi tenerentur.

Ejuſdem diligentiæ & ſollicitudinis
argumenta inſignia ſunt, ſinguli ferè
Canones antiquiſſimorum Conciliorum
Eliberitani & Ancyrani; ſinguli ſi le-
gantur, apparebit primam potiſſimam-
que conveniendi cauſam Epiſcopis illis
fuiſſe, explicationem pœnitentiæ, cer-
tis peccatis emergentibus imponendæ.
Canones Elîberitani ſunt 81. & Ancy-
rani 25. pauciſſimis exceptis in omni-
bus agitur de pœnitentia certis crimi-
nibus imponenda; criminum variæ ſpe-
cies, circumſtantiæ, peccantium vo-
luntas, neceſſitas, occaſio, diſcutiun-
tur, & unicuique ſpeciei, circumſtan-

Digitized by Google

tia aggravatæ aut ſublevatæ analoga pœnitentia à Patribus injungitur. Eadem ferè Apoſtolicorum Canonum eſt ratio, eorum enim pluſquam media pars pœnas ſeu pœnitentias tantùm ſpectat, quibus tam Laicorum quam Clericorum crimina puniri debent. Ex quibus manifeſtum eſt antiquorum Epiſcoporum primam ſollicitudinem fuiſſe, peccata ne committerentur per pœnitentiam occurrere; & Sacerdotes docere, quâ ratione anima criminibus infecta mundanda eſſet ut reconciliationi fieret idonea.

Et ut pleniùs conſtet antiquos recentioreſque Patres præcipuam Eccleſiaſticæ diſciplinæ & Authoritatis partem in ea peccatorum punitione & curatione repoſuiſſe, aliud iſtius teſtimonium ſubjiciemus.

Goti & Boradi, Populi Barbari, Pontum regioneſque finitimas depopulati fuerant, nonnullaque crimina illius incurſionis occaſione multi Chriſtiani perperraverant: ab Epiſcopis vicinis interrogatur S. Gregorius Thaumaturgus, quæ pœnitentia eſſet his criminibus imponenda, qua ratione diſpenſanda. Ut his Epiſcopis ſati fieret, tria fecit Gregorius: Epiſtolam ad eos mit-

rit quæ reſpondet quæſitis, & pœnitentiarum modum docet. Præterea unum ex Presbyteris ſuis, à ſe benè inſtitutum, ad eos ablegat, qui eam quam ipſe obſervabat formam apud eos ſtabiliret. Denique nonnullis peccatis pœnitentiam definire non audet, ſed expectandam ait Epiſcoporum Synodum, & eorum Reos interim ab Eccleſia pellere conſulit. Sic ſcribit Canone 5. " Propterea ergò Fratrem & Conſonem ,, noſtrum Euphroſynum ad vos miſi-,, mus, ut ſecundùm formam quæ hic ,, eſt, & ipſe ſimiliter det; & quorum ,, accuſationes admittere oporteat, & quos à precibus abdicare".

Canone verò 7. modum curationis ſequentis criminis præſcribere ſolus non audet. Nonnulli enim Chriſtiani, Ponticis Barbaris ſeſe miſcuerant, nefandaque Barbarico more perpetraverant, Concives enim trucidaverant, viaſque & domos neſcientibus eas Barbaris judicaverant (quam hæc hodie communia). " Ejuſmodi, inquit, etiam ab audi-,, tione arcere oportet, donec de iis, ,, congregatis Sanctis, aliquid commu-,, niter viſum fuerit, & ante eos S. Spiritui ".

Qua de cauſa tam ſollicitè in hæc

in-

inquirunt? plurimæ ſunt, ſed ea quam Can. 1. & 2. indicat ſufficiet, " Undè
„ eis omnibus ejuſmodi interdicere vi-
„ ſum eſt, eoſque abdicare, ne fortè
„ ad totum populum ira veniat, & in
„ eos primum qui præſunt, & non in-
„ quirunt. Vereor enim, ut ait Scrip-
„ tura, ne impius juſtum una ſecum perdat?".

Qui hujus rei aliud inſigne exemplum videre cupit, legat S. Petri Alexandrini Patriarchæ & Martyris Pœnitentiales Canones quatuordecim, in quibus ſingulas ſpecies Lapſorum examinat, & unicuique pœnitentiam convenientem aſſignat, ut hanc formam univerſæ Patriarchatus ſui Eccleſiæ ſequantur. Singulis Canonibus longas rationes ex Scriptura petitas attexit, in quibus perſpicuè conſpicitur antiqua Chriſtianorum eo tempore de his rebus tractandi methodus. Non minùs perſpicuè eadem methodus, & Epiſcoporum de imponenda peccantibus pœnitentia ſollicitudo demonſtratur ex breviſſima S. Athanaſii ad Ruffinianum Epiſtola.

Omnium ejuſmodi Tractatuum antiquorum fœcundiſſima eſt Epiſtola ſancti Baſilii ad Amphilochium, in ea enim continentur, 85. Canones, qui, vix uno

uno excepto, nihil aliud ſpectant quam pœnitentias peccatis imponendas. Ideò ſcelerum criminumvè ſpecies ferè omnes enarrantur, & unicuique conveniens pœnitentia ſive medicamentum, applicatur. Id autem fecit Amphilochii Iconienſis Epiſcopi interrogatis ſtimulatus, qui à tanto & celebri viro edoceri volebat, quibus pœnis peccata curari poſſent. Non enim à ſe ipſo, Vir aliàs magnus, id audebat ſtatuere. Neque ipſe etiam Baſilius, ut Can. 3. & 4. teſtatur, quidquam de iis definiebat, niſi quod aut Canon, aut conſuetudo Eccleſiaſtica, aut evidens & diu utrimque librata ratio ſuadebat.

Ex his evidenter colligitur ante illos omnes Patres, hoc eſt, ab ipſis propè Eccleſiæ incunabilis, publicatos fuiſſe de pœnitentiis, criminibus imponendis Canones, ſeu Libellos pœnitentiales, quos Provinciæ ſequebantur, licet tam antiquorum Canonum & Pœnitentialium nullus ſit hodie ſuperſtes.

Pontifices quoque ſæpè conſulti ſunt quæ pœnitentia nonnullis criminibus eſſet imponenda & præſtanda, ut peccator reconciliationem à Deo, & ab Eccleſia mereretur. Tanti enim æſtimatum eſt ab antiquis dignam & ſceleri-

bus

bus æquatam pœnitentiam agere, ut non modo Epiſcopi, quorum erat pœnitentias dictare, ſed etiam ipſi criminum Rei doctiſſimos quoſque, & in Canonum lectione optimè verſatos, diligenter conſulerent, ut eorum conſilio & ductu Canonicam pœnitentiam agere, ejuſque omnes moleſtias perpeti poſſent. Pontificem autem adibant, non ut relaxationem, nedum immunitatem à pœnitentia Canonibus inſtituta obtinerent (hoc erat illis ſæculis inauditum) ſed ut eam integre & juxtà Canonum placita mentemque præſtarent. Fixum enim erat eorum animis, per pœnitentiam ejuſque labores ac moleſtias, auxilia Dei impetrari, quibus Peccatores adjuti multò faciliùs, ſecuriùs & efficatiùs ad gratiam Dei & remiſſionem peccatorum obtinendam diſponebantur. Ejuſmodi interrogationum & reſponſionum multa ſunt exempla Epiſtolis Pontificum & Juri Canonico inſerta, quibus proindè hic referendis ſuperſedebimus. Ad Nicolaum I. qui vixit circà annum 860. plures acceſſerunt, ut ipſemet teſtatur, ſcribens ad Rivoladrum Epiſcopum his verbis. " Undique enim ,, venientes admodùm plurimi, ſuorum ,, facinorum proditores, quantum dolorem

„ lorem inferant pectori noſtro, plus „ ſingultu reminiſcimur quàm calamo ſcribi queat". Ut hinc pateat etiam illo ſæculo Canonum pœnitentialium rigorem viguiſſe. Quod subjecto exemplo non prætereundo confirmatur. Caſus refertur ultimo capite Pœnitentialis Romani, & eſt hìc.

" De quodam Sacerdote quæſtio pro„ poſita eſt, qui cùm Populo deberet „ cantare Miſſam, & fuiſſet oblitus „ portare Hoſtiam, pro verecundia „ populi ſcienter ſacrificavit Corpus „ Chriſti, Hoſtiam ſcilicet jam conſe„ cratam, cum non haberet aliam. „ Concilium Cardinalium & plurimo„ rum Epiſcoporum in hoc conſenſit: „ quod ſi occultum fuerit, moneretur, „ deterreretur que ut omni tempore vi„ tæ ſuæ in pœnitentia eſſet, &, ſi „ poſſet ſine ſcandalo, abſtineret à con„ ficiendo Corpus Domini. Si autem „ publicum, toto tempore ceſſaret à „ Miſſæ celebratione. Pars tamen eorum „ dicebat, niſi ſe fecerit Monachum vel „ Canonicum, & tunc meritis exigen„ tibus permiſſu Abbatis, & Conſilio „ Apoſtolici, vel Epiſcopi, & neceſſitate, poſſet accedere". Tempus quo hoc contigit non annotatur, ſed ex mo-

do loquendi facilè conjicitur poſt annum milleſimum contigiſſe.

Circà quod hæc notatu digna occurrunt. Hoc caſu contingente, non Doctorem aut Confeſſarium aliquem privatum fuiſſe conſultum, cujus ſententiâ Pœnitens ſtaret aut caderet; ſed Cardinalium & multorum Epiſcoporum Concilium. Deindè graviſſimum pœnitentiæ genus, etiam illo tempore huic crimini impoſitum, licet infirmitate, non malitia aut contemptu, perpetratum fuerit. Præterea, pœnitentias ſimiles non tantum publicis ſceleribus, ſed etiam peccatis occultis imponi ſolitas.

Movit autem SS. Patres ad tantam in diſquirendis injungendiſque congruis ac ſalutaribus pœnitentiis, ſollicitudinem, quod pro comperto ſibi haberent, & Chriſtianorum animis altè infixum cuperent, ſatisfactiones ab Eccleſia impoſitas & ſacramentales, diligenter ac ſtrenuè peractas, non tantum pœnæ temporariæ, ſed etiam æternæ ſatisfactorias eſſe & expunctrices; animam purgare & emaculare; Dei miſericordiam in peccatores allicere, auxilia impetrare quibus vera cordis converſio & compunctio in ipſis excitetur, & ſcelerum

ſcelerum venia ab eo obtineatur; atque ita ad plenam reconciliationem cum Deo & Eccleſia idoneos reddere. Hoc innumeris S. Patrum teſtimoniis comprobari poſſet, ſed unum alterumve ſufficiet. S. Ambroſ. ad Virginem lapſam capite 8. " Peccator ergò ſi ſibi non
" pepercit, à Deo illi parcitur; & ſi fu-
" turas pœnas gehennæ præcipuè in
" hoc parvo vitæ ſpatio compenſaverit,
" ſeipſum ab æterno judicio liberat. Et
" S. Ceſarius Arel. Hom. 1. Mortifica-
" tione præſenti futura mortis præve-
" nitur ſententia, & dum culpæ Au-
" thor humiliatur, culpa conſumitur,
" dumque exterior afflictio voluntariæ
" diſtrictionis infertur, tremendi ju-
" dicii offenſa ſedatur, & ingentia de-
" bita labor ſoluit exiguus, quæ vix
conſumptutus erat ardor æternus".

Imò interdum ſic loquuntur, ac ſi cenſeant opera pœnalia, & ſatisfactoria adeò neceſſaria eſſe, ut ſine illis præviè peractis peccata remitti nequeant.
" Sunt quædam gravia & mortifera,
" inquit S. Auguſt. ſerm. 34. de diver-
" ſis cap. 12. Quæ niſi per vehementiſ-
" ſimam moleſtiam humiliationis cor-
" dis & contritionis ſpiritus & tribula-
tionis pœnitentiæ, non relaxantur".

Hanc-

Hancque fuiſſe conſtantem SS. Patrum mentem plures etiam recentiores Scriptores agnoverunt, inter quos Joannes Lenſæus cap. 1. " De Eccleſiaſti-
„ ca ſatisfactione, adverſus hujus tem-
„ poris Hæreticos, hanc ſententiam
„ Catholicam opponit. Satisfactiones à
„ Chriſtianis lapſis ſuſcipi ſolitas, non
„ eo dumtaxat pertinuiſſe ut Eccleſiæ
„ ſatisfieret, eique à pœnitente veræ
„ pœnitudinis, & intimi doloris docu-
„ menta atque experimenta præberen-
„ tur; verum eo propriè relatas fuiſſe,
„ ut Deo ſatisfieret, ejuſque indig-
„ nantis ira placaretur; plenaque iſtâ
„ ratione, percipi poſſet abolitio pecca-
torum".

Et expreſſiùs notat Joannes Maldonatus, ſatisfactionem Abſolutioni prærequiſitam fuiſſe, dum ait. " Non du-
„ bito quin omnes veteres Authores ſa-
„ tisfactionem agnoverint pro culpa;
„ nam non putabant Deum remittere
„ peccatorum culpam, priuſquam ex-
„ ternis pœnitentiis Deum placaſſent;
„ neque Sacerdotes putabant dari poſſe
„ pœnitenti Abſolutionem, priuſquam
„ quaſi Interpretes divinæ voluntatis,
„ vidiſſent eam pœnitentiam egiſſe
„ Peccatorem, ut credibile eſſet Deum
jam illi eſſe placatum". Cer-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

Certò enim conſtat Eccleſiam per undecim ſæcula hunc morem tenuiſſe, ut poſteà quam peccatores omnia animarum ſuarum vulnera Chriſti miniſtris aperuiſſent, idonea illis curandis remedia ex eorum præſcripto acciperent: hoc à S. Auguſt. dictum eſt Homil. 50.
„ ſatisfactionis ſuæ modum accipere.
„ Ab eodem, & poſt eum à S. Leone
„ Magno. Ep. 91. Actionem pœniten-
„ tiæ accipere. Et antè hos à Clero
„ Romano, per neceſſaria temporis re-
„ media obducere cicatricem. Ep. ad
S. Cyprianum".

Deinceps Pœnitentium partes erant præſcriptum ſatisfactionis modum accuratè implere, omneſque pœnitentiæ acerbitates conſtanter ſubire, certum ac fixum animis habentes, quod ab univerſis Patribus uno ore aſſeritur, quo quiſque in ſe ipſum ſeverior, atque minùs mitior fuerit, eo mitiorem ac placabiliorem ſe Deum experturum. „ Qui
„ enim benè agit pœnitentiam, ait
„ S. Auguſt. ſerm. 34. de diverſis, ſuus
„ ipſe punitor eſt. Sit oportet in ſe ſeverus, ut in eum ſit miſericors Deus".

Hic itaque Pœnitentiæ ordo & decurſus erat. Primùm Confeſſio peccatorum pœnitentiæque poſtulatio. Dein-

de

de impoſitio pœnitentiæ poſteà, impoſitæ pœnitentiæ expletio. Ad extremum, Abſolutio. Ad hujus verò ordinis demonſtrationem, quem tot ſæculis tam eximium ac ſalutiferum cenſuit Eccleſia, unum alterumve dumtaxat proferemus teſtimonium.

Ac primum, S. Gregorius Magnus Hom. 26. in Evan. "Videndum eſt,
,, inquit, quæ culpa præceſſit aut quæ
,, ſit pœnitentia ſecuta poſt culpam: ut
,, quos omnipotens Deus per compun-
,, ctionis gratiam viſitat, illos Paſto-
,, ralis ſententia abſolvat. Tunc enim
,, vera eſt Abſolutio Præſidentis, cum
,, æterni arbitrium ſequitur Judicis. Si-
,, militer Innocentius I. in Epiſtola 1.
,, Decret: ità ſcribit. Cœterum de pon-
,, dere æſtimando delictorum, Sacer-
,, dotis eſt judicare, ut attendat ad
,, Confeſſionem Pœnitentis, & ad fletus
,, atque lachrymas corrigentis, ac tum
,, jubere dimitti cum viderit congruam
,, ſatisfactionem. Denique ſanctus Leo
,, Epiſt. 91. hæc habet. Mediator Dei
,, & hominum Homo Chriſtus Jeſus,
,, hanc Præpoſitis Eccleſiæ tradidit po-
,, teſtatem, ut Confitentibus actionem
,, pœnitentiæ darent, & eoſdem ſalu-
,, bri ſatisfactione purgatos, ad Com-

munio-

„ munionem Sacramentorum per januam Reconciliationis admitterent".

Ordinem verò hunc non conſuetudo, non politia, aut inſtitutio Eccleſiæ induxit, ſed ipſa Chriſti lex ac præſcriptio, natura rei idipſum quodammodò dictante, quod Synodus Tridentina indicare videtur, dùm dicit. Seſſ. 14. cap. 5. " Cum Sacerdotes à Chriſto „ conſtituti ſint Judices, incognita „ cauſa judicium exercere, atque in „ pœnis injungendis æquitatem ſerva„ re non poſſunt. Deinde; ſi erubeſcat „ ægrotus vulnus Medico detegere, „ quod ignorat, medicina non curat. „ Ac demùm S. Eligius Hom. 4. Qui„ cumque peccando factus eſt Deo ini„ micus, niſi ſatisfaciendo non poteſt „ reconciliari ut fiat amicus. Atque „ adeò Unuſquiſque veſtrum ad ſe re„ diens, inquit idem Hom. 16. conſi„ deret ſi per amaritudinem pœniten„ tiæ Deo ſatisfecerit pro ſuis offenſis „ ac delictorum maculis; nam licet „ miniſterium reconciliandi Epiſcopali „ authoritate complere velimus, tamen „ niſi Spiritus S. per cujus invocatio„ nem iſtud officium agitur, corda ve„ ſtra intrinſecùs purificata invenerit, „ à Reconciliationis gratia vacui remanebitis.

Pater

Patet itaque quod Confeſſio peccatoris ad hoc potiſſimùm ſerviat, ut detecto Sacerdotibus tamquam Medicis ac Judicibus à Chriſto conſtitutis, peccati vulnere & crimine, ipſi congruas adhibeant pœnitentias medicinales ac ſatisfactorias, quibus & pravæ voluntatis vitium, atque ita peccati malitia curetur, & divinæ Juſtitiæ ſatisfiat: ac demùm ita diſpoſitus, idoneus fiat qui Deo, & Eccleſiæ per Sacerdotis miniſterium reconcilietur. Quocircà Confeſſarios monens Concil. Trident. Seſſ. 14. cap. 8. „ Habeant, „ inquit, præ oculis, ut ſatisfactio quam „ imponunt non ſit tantum ad novæ vi„ tæ cuſtodiam, & infirmitatis medica„ mentum, ſed etiam ad præteritorum „ peccatorum vindictam & caſtigatio„ nem: Nam claves Sacerdotum non ad „ ſolvendum dumtaxat, ſed & ad li„ gandum conceſſas, etiam antiqui Patres & credunt, & docent".

Imò tantam vim & efficaciam olim ponebant in operibus ſatisfactoriis, & in ipſa præſertim Pœnitentia publicè & canonicè acta, ut plurimi hanc ſponte ſuſciperent ac peragerent, nullâ præcedente criminum atrocium conſcientiâ, nullâ publicorum aut occultorum Con-

feſſione, publicâ nedum convictione: Ipſique infirmi periclitantes pœnitentiam publicam beneficii loco poſtulabant & ultrò ſuſcipiebant tametſi nullum crimen publicum confiterentur.

Ex his omnibus igitur evidenter conſtat, cur, quod ſuperiùs oſtenſum eſt, tam ſolliciti fuerint Sancti Patres, in excogitandis imponendiſque congruis Pœnitentiæ operibus, & tam ſeverè mandarent, ne quis aliter quàm ex ipſorum præſcripto Pœnitentias injungerent. Verùm cùm tam frequens eſſent Conciliorum, & ſanctorum Patrum hac de re præceptiones, & interim plurima etiam continerentur in Canonum Collectionibus, ac ſanctorum Patrum ſcriptis, quæ ad remedium peccatorum non ſpectant, & Eccleſiæ ſtatus, decurrentibus ſæculis, jam eò deveniſſet, ut peccatorum quorumcumque occultorum Pœnitentia ſecretò imponeretur, & eâ ſecretò peracta, ſecretò quoque reconciliatio fieret, non per Epiſcopos primarioſque Sacerdotes dumtaxat, ut olim, ſed per alios quoque Præsbyteros; compoſiti fuerunt libelli quidam quibus diſtinctè exprimebantur, quæ cuique peccato Pœnitentia eſſet imponenda, & quâ ratione peragenda, quales admonitiones

nitiones & exhortationes Pœnitentibus faciendæ ad vitia fugienda, & virtutes ſectandas. Hos à ſe probatos S. S. Patres & Epiſcopi publicè edebant, & unumquemque Præsbyterum illorum exemplar apud ſe habere jubebant, nevè aliter quàm in iis eſſet præſcriptum pœnitentias darent, ſeverè prohibebant. Multiplicatis enim Canonibus, & innumeris exiſtentibus SS. Patrum ſcriptis, fieri non poterat ut in omnium Præsbyterorum manibus verſarentur. Quocircà opportunè admodùm libelli iſti à Viris doctis unoquoque ſæculo, Epiſcoporum juſſu & approbatione, collecti ſunt, ut unuſquiſque Præsbyter in promptu ſemper haberet Regulam, pœnitentiæ criminibus imponendæ.

Hi Libri vulgò dicti ſunt à materiâ ſubjectâ pœnitentiales. Quorum in Occidente tres fuerunt celeberrimi. Omnium primus eſt Theodori Cantuarienſis Archiepiſcopi. Hunc proximè ſequitur Beda pœnitentialis, qui inſcribitur. De remediis peccatorum. Tertius eſt, Pœnitentialis Romanus. Hi ab omnibus Canonum Collectoribus, & pleriſque Conciliis celebrantur atque laudantur: ab iiſque ſæpiùs juſſum eſt, ut pœnitentiæ peccatis ſecundùm

iſtorum Pœnitentialium definitiones imponerentur.

Iſtis poſtmodùm ſucceſſit quartus Pœnitentialis Liber à Rabano Mauro, Moguntino Archiepiſcopo collectus. Eodem tempore Canonum Collectionem quoque fecit Iſaacus Lingonenſis Epiſcopus. Deindè Liber decimus nonus Decreti compoſiti à Burchardo Wormatienſi Epiſcopo: meritò dici poteſt Pœnitentialis Liber, abundè enim quæcumque ad hoc opus peragendum Presbyteris neceſſaria ſunt, ſuppeditat. Prætereà pars decima quinta Decreti Ivonis, idem nomen meretur.

Denique Anthonius Auguſtinus Archiepiſcopus Taraconenſis, alium Pœnitentialem Romanum edidit, ab antiquo iſto diſtinctum, & annis quingentis circiter poſteriorem, Romà, ut teſtatur, ad ſe miſſum.

Halitgarius quoque Epiſcopus Cameracenſis, ante annos octingentos, hortatu Ebbonis Archiepiſcopi Rhemenſis, Metropolitæ ſui, Pœnitentialem Librum de ſcrinio Eccleſiæ Romanæ publici juris fecit Egbertus etiam Eboracenſis Archiepiſcopus, ſimilem compoſuit. Et alii alios, ita tamen ut nihil aliud fermè quàm antiquos Con-

ciliorum

ciliorum Canones & Patrum dicta, quiſque colligere, vixque ſententiam aliquam de ſuo genio addere auderet. Varias quidem criminum ſpecies per libros, titulos & capitula, ordine interdum variato, diſtinguebant, & unicuique pœnam convenientem applicabant, ſed ex Canone aliquo aut Patrum pronuntiato depromptam. Adeò ut per annos circiter mille ducentos, nullus Doctor privatus inventus ſit, qui aliter de pœnitentiis & remediis, quibus peccata per Sacramentum Pœnitentiæ curantur & puniuntur, ſcribere tentaverit. Ita religiosè SS. Patrum placitis inhærebant.

Quæ dicta ſunt de rigoroſa Canonum ab unoquoque Presbytero obſervatione, comprobant multi præcedentium ſæculorum Canones & Authores.

Concilium Toletanum III. cap. 11. hæc habet. "Comperimus per quaſdam
„ Hiſpaniarum Eccleſias non ſecundùm
„ Canones, ſed fœdiſſimè pro ſuis pec-
„ catis homines agere Pœnitentiam, ut
„ quotieſcumque peccare libuerit, toties
„ à Præsbytero ſe reconciliari expoſtu-
„ lent: ideò pro coërcenda tam exe-
„ crabili præſumptione, id à S. Con-
„ cilio jubetur, ut ſecundùm formam

„ Canonum antiquorum dentur Pœni-
„ tentiæ ; Hinc etiam vetus illud Cæ-
„ leſtini Pontificis ep. 3. cap. 1. Decre-
„ tum in Canonum Corpus inſertum,
„ Nulli Sacerdotum ſuos liceat Cano-
„ nes ignorare, nec quidquam facere,
quod Patrum regulis poſſit obviare".

Et in Pœnitentiali Romano hæc præclara habentur titulo 9. cap. 11. 12. 13. 14. 15. & 21. "Modus tempuſque
„ pœnitentiæ peccata ſua confitentibus,
„ aut per antiquorum Canonum inſti-
„ tutionem, aut per ſanctarum Scrip-
„ turarum authoritatem, aut per Ec-
„ cleſiaſticam conſuetudinem approba-
„ tam, imponi debet à Sacerdotibus.
„ Nam qui peccatis gravibus leves
„ quoſdam & inuſitatos imponunt Pœ-
„ nitentiæ modos, conſuunt pulvillos,
„ ſecundum propheticum ſermonem, ſub
„ omni cubitu manus; & faciunt cer-
„ vicalia ſub capite univerſæ ætatis ad
capiendas animas".

"Diverſitas culparum, diverſitatem
„ facit pœnitentiarum; nam & corpo-
„ rum medici, diverſa medicamenta
„ componunt, ut aliter vulnera, aliter
„ morbum, aliter tumores, aliter pu-
„ tredines, aliter caligines, aliter con-
„ fractiones, aliter combuſtiones cu-

rent;

Digitized by Google

,, rent : Ita & ſpiritales Medici diverſis ,, curationum generibus animarum ,, vulnera ſanare debent. Sed quia hoc ,, paucorum eſt ; ad purum ſcilicet ,, cuncta cognoſcere, & curare, & me- ,, deri, atque ut in integrum ſalutis ,, ſtatum valeant revocare ; ideò ſoler- ,, ter admonemus doctum quemque Sa- ,, cerdotem Chriſti, ut non ex ſuo ſen- ,, ſu, ſed ſecundùm Canonum ſtatuta, ,, & traditiones Patrum univerſa diſpo- ,, nat ; & conditionem utriuſque ſexus, ,, ætatem, paupertatem, cauſam, ſta- ,, tum, perſonam cujuſque pœniten- ,, tiam agere volentis, ipſum quoque ,, cor Pœnitentis aſpiciat ; & ſecun- ,, dùm hæc, ut ſibi viſum fuerit, ut ,, ſapiens Medicus, ſingula quæque di- judicet''

'' Multi ſunt Pœnitentiæ fructus per ,, quos ad expiationem criminum per- ,, venitur : non enim tantùm illi ſimpli- ,, ci Pœnitentiæ nomini ſalus æterna ,, repromittitur, juxtà Apoſtolum ; ,, *Pœnitemini*, inquit, *& convertimini*, ,, *ut deleantur peccata veſtra* : & illud ,, propheticum, *Cum converſus ingemue-* ,, *ris, tunc ſalvus eris.* Propter illum ,, nudum gemitum, & propter illud ,, nudum Pœnitentiæ nomen, nullus

„ ſalvabitur : ſed per veram Confeſſio-
„ nem & Sacerdotis intelligentis Con-
„ ſilium , & per Charitatis affectum, &
„ per Eleemoſynarum fructum , pecca-
torum moles ſubruitur".

„ Falſas pœnitentias dicimus , quæ
„ non ſecundùm authoritatem ſancto-
„ rum Patrum , pro qualitate criminum
imponuntur".

„ Fratres noſtros Epiſcopos & Præs-
„ byteros admonemus , ne falſis Pœni-
„ tentiis Laicorum animas decipiant , &
ad infernum pertrahi patiantur".

„ Cùm igitur omnia Conſilia Cano-
„ num quæ recipiuntur , ſint à Sacer-
„ dotibus legenda , & intelligenda ; &
„ per ea ſit eis vivendum : neceſſarium
„ duximus , ut ea quæ ad finem perti-
„ nent , & ubi quæ de extirpandis vi-
„ tiis , & plantandis virtutibus ſcribi-
„ tur , hoc ab eis crebrò legatur , & in
„ populo prædicetur. Hactenùs Pœni-
tentiale Romanum".

Iſaacus Lingonenſis Epiſcopus à Ca-
nonum Pœnitentialium titulum quoque
his verbis claudit. " Qualis verò pec-
„ catis adhibenda ſit medicina ſecun-
„ dùm Canonum Authenticorum , &
„ SS. Patrum eſſe debet inſtitutionem,
„ non ſecundùm placitum hominis, ſed
ſecun-

„ ſecundùm Dei voluntatem. Nec in „ hac parte voluntas aut gratia hominis „ ſectanda eſt, ſed voluntas Dei in om- „ nibus exquirenda: quatenùs dignis „ præcibus, & pœnitudine digna pla- „ care poſſit Omnipotentis Dei vindi- „ ctam, quam ſuo vitio provocavit".

Unde etiam in exhortatione ſeu ſermone ſolemni, qui fieri ſolebat Præsbyteris in fine Synodi Diocæſanæ, ſemper illis hoc Epiſcopus, aut abſente Epiſcopo Vicarius, inſtanter commendabat, nevè aliter quam ex Pœnitentiali pœnas criminibus imponerent mandabat; ut videre eſt in Ordine ad celebrandam Synodum, verſus finem, ubi inter alias admonitiones hæc habetur. " Feriâ quartâ antè quadrageſimam, „ plebem ad Confeſſionem invitate & ei „ juxtà qualitatem delicti pœnitentiam „ injungite, non ex corde veſtro, ſed ſicut in Pœnitentiali ſcriptum eſt". In viſitationibus quoque Parœciarum, hæc Sacerdotibus fiebat interrogatio. " Si „ habeat Pœnitentiale Romanum, vel „ à Theodoro Epiſcopo, vel à Venera- „ bili Præsbytero Beda editum; & ſe- „ cundùm quod ibi ſcriptum eſt inter- „ roget Confitentes, & confeſſo modum Pœnitentiæ imponat".

Quapropter etiam graviter invehuntur SS. Patres, non modò in illos qui pœnitentias non juxtà Canones imponebant, ſed etiam in Libros quoſdam Pœnitentiales non approbatos; ſeverèque Sacerdotibus ne iis utantur interdicunt: "Quorum, inquiunt, Cabillonen. Concilii Patres, ſunt certi errores, incerti Authores, de quibus rectè dici poteſt, mortificabant animas quæ non moriuntur, & vivificabant animas quæ non vivebant". Ideo Thuronenſes Patres, jubent ut aliquando, congregatis in Regio Palatio Epiſcopis, definiatur, quis potiſſimùm Liber Pœnitentialis ſit Præsbyteris tradendus. Non abs re erit Canonem ipſum exſcribere, cùm ſingula propè verba ſint in hac cauſa attendenda "Epiſcopis & „Præsbyteris diligenti cautelà pertra-„ctandum eſt, qualiter hominibus ſua „ſibi delicta confitentibus; tempus ab-„ſtinendi adſcribant, ut juxtà modum „peccati Pœnitentibus abſtinentia in-„dicetur, quoniam variè ab aliquibus „Sacerdotibus & indiſcretè hæc judicia „proferuntur; ideò neceſſarium vide-„batur nobis, cùm omnes Epiſcopi ad „ſacrum Palatium congregati fuerint, „ab eis edoceri, cujus antiquorum

Liber

„ Liber Pœnitentialis potiſſimùm ſit ſequendũ.”.

Ne autem Sacerdotes errore aut malitiâ eluderent quæ à Conciliis definita fuerant, præcipit Concilium Pariſienſe, ” ut unuſquiſque Epiſcoporum in „ ſua Parochia eoſdem erroneos Codi„ cillos diligenter perquirat, & inven„ tos igni tradat; ne per eos ulteriùs „ Sacerdotes imperiti, homines deci„ piant. Deindè Epiſcopos ita monet. „ Præsbyteri etiam imperiti, ſolerti „ ſtudio ab Epiſcopis ſuis inſtituendi „ ſunt, qualiter & confitentium pecca„ ta audire, diſcretèque inquirere, eiſ„ que congruum modum pœnitentiæ ſe„ cundum Canonicam authoritatem „ noverint imponere”. Ratio quam reddunt digniſſima eſt quæ notetur: ” Quo„ niam hactenùs eorum incuriâ & ig„ norantiâ multorum flagitia manſerunt impunita”. Et c. 34. acriter increpant eos Sacerdotes qui peccata contra naturam, aliter puniunt quam Canones jubeant. Et potiſſimùm Ancyrani Canones quos referunt. ” Omnibus nobis „ valdè neceſſarium viſum eſt, ut qui„ dam Sacerdotes, qui hoc vitium ali„ ter quam Sacri Canones ſanciant, „ non ad ſalutem, ſed ad deceptionem

„ animarum puniunt, corrigantur & inſtruantur &c".

Imò tam exactè in ſimiles animadvertebant, ut etiam Epiſcopos qui abſque cauſa legitima, & ſufficienti Canonum præſcripta in pœnitentiis imponendis non obſervabant, ab officii ſui exercitio ſuſpenderent. Caſum refert Balſamon in Epiſtolas Canonicas S. Baſilii ſcribens, Can. 74. Cùm nempè militem homicidii Reum, poſt breviſſimam pœnitentiam abſolviſſet Epiſcopus, Imperator Emmanuel Comnenus, cui tanta indulgentia minimè probabatur, Concilium à Patriarcha Conſtantinopolitano ſuper reconciliatione iſta haberi voluit, ut ſynodaliter conſideraretur, an rectè illi militi conceſſa eſſet à pœnis Abſolutio, & non potiùs per quandam non miſericordiam animique affectionem indebitè facta Indulgentia. Epiſcopus à Concilio evocatus ut facti ſui rationem redderet, Canones allegavit, quibus Epiſcopis fit poteſtas pœnitentiæ tempora contrahendi producendivè, ſeſeque illis conatus eſt tutari. Verùm Sancta Synodus, inquit Balſamon, " Canones illos ad „ divinum S. Spiritus lumen, in illis „ reconditum, exigens, militem ad pœ-

„ nitentiæ vincula revocavit, & Epiſco-
„ po Eccleſiaſtici muneris uſu ad tem-
„ pus interdixit; dicens, Epiſcopis qui-
„ dem Pœnitentias Canonicas augendi
„ ac minuendi jus eſſe, non tamen ara-
„ nearum filis implicandi: quæ triplici
„ fune ſeu rudente colligenda ſunt".

Poteſtas itaque etiam Epiſcoporum circà pœnitentias injungendas, non pro libitu exercenda eſt, ſed prudentiâ, ratione, & æquitate circà inſcribitur, cenſente illa Synodo.

Nec ſatis erat SS. Patribus Canones condere, & remedia peccatorum vitiis præſcribere; ſed eorum executioni ac obſervantiæ ſedulò etiam invigilabant: aliàs ſupervacanea fuiſſet eorum ſollicitudo. Illa quidem quæ Pœnitentes publicè peragere debebant, uti omnium oculis patebant, ità quoque nemo non videbat num executioni mandarentur, nec ne: Hæc triplicia erant: ſynaxes ſtatis diebus frequentare, ordinariæ manuum impoſitioni ſe ſubſternere, & Orationi, quæ adjungebatur caput ſubdere: denique modeſtam & humilem ſeu lugubrem veſtem geſtare. Verùm pleraque alia erant privata, partim domi agenda & ſubeunda (ut omnia opera laborioſa ipſis injuncta, jejunia, abſti-
nentiæ

nentiæ ciborum, vigiliæ, quotidianæ orationes & ejuſmodi (partim extrà domum, & magis publicè, ut balnea non frequentare, à ludicris alioquin permiſſis abſtinere, à negotiis forenſibus ceſſare, certa quæ iſtis interdicebant commercia non exercere &c. An hæc autem, ut imperata erant, exequerentur Pœnitentes, deindè quo animi affectu, diligentiâ & perſeverantiâ id facerent, vigilanter & conſtanter, juſſu Conciliorum Generalium & Provincialium obſervabant Epiſcopi. Et meritò: ut quid enim tantoperè Patres illi deſudaſſent in æquis Pænitentiis unicuique crimini definiendis, ſi ad decretorum obſervationem nemo ex munere ſibi impoſito attendiſſet; undè Concilium Laodicenum cap. 2 jubet, "eos qui in Oratione, Confeſſione & pœnitentia fortiter perſeverant & ſe à malis perfectè convertunt &c. offerri Communioni". E contrà Cartaginenſe IV. cap. 75. mandat, "ut negligentiores Pœnitentes tardiùs reconcilientur. Quomodo autem judicium ferri poterat de negligentioribus aut diligentioribus Pœnitentibus, niſi eorum vita in ſtadio pœnitentiæ accuratè examinaretur?

Hinc ſeverè prohibent Canones, ne

Epiſcopus,

Epiſcopus, aut Præsbyter alterius Pœnitentem abſolvat, & communioni reſtituat, ſed ab eo reconcilietur à quo in pœnitentiâ poſitus, & Communione privatus fuerat: quia ſcilicet neſcire poterat Epiſcopus vel Præsbyter alienus, an legitimè pœnitentiam injunctam peregerat. Cavit id Felix III. Pontifex in Synodo Romana cap. 6. Item Concil. Arel. I. c. 16. & ante hæc Eliberitanum c. 53. pœnam minatur Epiſcopo ſi aliter faciat, his verbis: " Placuit „ cunctis ut ab eo Epiſcopo quis recipiat Communionem à quo abſtentus „ ſeu ſeparatus in crimine aliquo fuerit. „ Quod ſi aliquis Epiſcopus præſumpſerit eum admittere, illo adhuc minimè ſciente, vel conſentiente à quo fuerat Communione privatus, ſe ſciat „ hujuſmodi cauſas inter Fratres eſſe „ cum ſtatus ſui periculo præſtaturum". Agitur autem hic de privatione Communionis, non qui per excommunicationem & Cenſuram Eccleſiaſticam fiebat; ſed quæ ob patratum crimen, quod tunc temporis in uſu erat. Verùm cum Epiſcopi tot aliis rebus intenti vix poſſent per ſeipſos Pœnitentium omnium curam gerere, in ſubſidium alios probatos à ſe Præsbyteros aſſumpſerunt, qui

indè Pœnitentiarii nomen ſortiti ſunt.

Deindè creſcente etiam Pœnitentium numero, munus hoc Diaconis demandatum eſt, & hinc primaria cura ad Archidiaconos tranſiit, quod antè nongentos annos obſervatum fuiſſe colligitur ex antiquiſſimis illorum temporum Ritualibus, in quibus ſemper inducitur Archidiaconus Pœnitentes colligens, vocans, admonens, & ad Epiſcopum adducens, eique teſtimonium de exacta Pœnitentiâ, ut reconciliationem aſſequantur; perhibens: Quod ſanè bonâ fide præſtare non potuiſſet, niſi actionibus eorum pœnitentialibus præfuiſſet. Cujus etiamnum memoria ſervatur in Pontificali Romano ſub titulo, " De „reconciliatione Pœnitentium in quinta Feria Cœna Domini". Ubi non tantum forma Ritus antiqui, ſed etiam Abſolutionis deprecatoriæ viſitur, quâ olim paſſim utebatur Eccleſia & quæ etiamnum haud dubiè practicatur in Eccleſiis illis, in quibus modus iſte publicè Pænitentes reconciliandi Feriâ quintâ in Cœna Domini, obſervatur juxta præſcriptum Pontificalis Romani.

Lubet equidem formam iſtam hic ſubnectere, ob ea quæ inferiùs de ea

refe-

referentur. Itaque poſt titulum de expulſione publicè pœnitentium extrà Eccleſiam quæ ſiebat in Feria quarta Cinerum, per Epiſcopum coram toto Clero & populo ad hoc congregato; poſtquam cilicium à ſe benedictum illis impoſuerat, tanquam remedium excitandæ pœnitentiæ & miſericordiæ ac veniæ à Deo obtinendæ: Sequitur "De „ reconciliatione pœnitentium, quæ fit „ in quintâ Feria Cœna Domini". Ubi Pœnitentibus per unum ſenem Diaconum, in limine Eccleſiæ ſtantem, advocatis, ac dein per Archidiaconum Epiſcopo eleganti oratione præſentatis," ut „ animarum recipiant, quam perdiderant, ſanitatem"; ipſiſque ad pedes Epiſcopi proſtratis: Archipræsbyter eoſdem reconciliandos & abſolvendos proponit, his verbis, " Redintegra in eis, „ Apoſtolicè Pontifex, quidquid diabolo ſuadente corruptum eſt; & orationum tuarum patrocinantibus meritis, per divinæ Reconciliationis „ gratiam fac homines proximos Deo. „ Vt qui anteà in ſuis ſibi perverſitatibus diſplicebant, nunc etiam placere „ ſe Domino in regione vivorum devicto ſuæ mortis auctore gratulentur". Et Pontifex ab eo interrogat: " Scis il-

los.

„ los reconciliatione fore dignos? Et
„ ille reſpondet, Scio, & teſtificor fore
dignos". Tunc Epiſcopus illos per manum in Eccleſiam introducit, & inter alia ſuper illos dicit. " Omnipotens
„ Deus vos abſolvat ab omni vinculo
„ peccatorum, ut habeatis vitam æter-
„ nam, & vivatis. Per Dom. noſt. &c".
ſed adhuc in modum Ordinis, ut ibi notatur: effuſiſque aliis cum Clero & populo, in terram proſtrato, ad Deum precibus, Epiſcopus ſeptem Orationes ſeu Collectas dicit, quibus divinum Auxilium implorat, ut dignè miniſterium ſibi commiſſum exerceat", & Deus
„ ipſe in ſuo miniſterio, quod ipſius pietatis eſt, operetur": Utque Pœnitentibus ac Confitentibus omnium peccatorum ſuorum veniam præſtet; "& non
„ habentes fiduciam niſi in miſericordia
„ ejus, ad ſuæ Sacramentum Reconciliationis admittat". Tandem Abſolutionem pronuntiat, quæ his verbis exprimitur.

ABSOLUTIO.

D*ominus* JESUS CHRISTUS *qui totius Mundi peccata ſui traditione, atque immaculati Sanguinis effuſione dignatus eſt expurgare qui-*

qui

que Diſcipulis ſuis dixit : quæcumque ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in Cælis, & quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in Cælis, *de quorum numero me, quamvis indignum, miniſtrum eſſe voluit; intercedente Dei Genetrice* MARIA, *& Beato Michaele Archangelo, & Sancto Petro Apoſtolo (cui data eſt poteſtas ligandi, ac ſolvendi) & omnibus Sanctis; Ipſe per miniſterium meum ab omnibus peccatis veſtris, quæcumque aut cogitatione, aut locutione, vel operatione negligenter egiſtis, vos abſolvat; Sancti ſui Sanguinis interventione, qui in remiſſionem peccatorum effuſus eſt; atque à vinculis peccatorum abſolutos perducere dignetur ad regna Cælorum. Qui cum Deo Patre, & Spiritu Sancto vivit & regnat in ſæcula ſæculorum.*

Quo facto dat eis ſolemnem Benedictionem, & dimittit.

Ex

Ex quibus videre eſt & ritum, & formam Sacramentalem ac deprecatoriam Abſolvendi, quibus hactenùs Eccleſia uſa fuit & utitur, dum publicos Pœnitentes reconciliat. Ab hac non multum diſcrepabat etiam ea quâ privatim utebatur. Saltem Orationes omnes adhibebat Sacerdos, ſi tempus & occaſio id permittebat; ſin minùs, duas tantùm vel tres, aut unam etiam pro arbitrio ſuo: formulam tamen cui ſuperſcribebatur Abſolutio, ſemper uſurpabat quotieſcumque aliquis etiam privatim reconciliabatur.

Hæc Canonum Pœnitentialium obſervantia & rigor diu viguit in Eccleſia Dei, citiùs tamen remiſſa eſt in Orientali, quàm in Occidentali: in hac enim praxim illorum adhuc fuiſſe ſæculis nono, decimo, uſque ad undecimum completum, vel ex ſolis decretis Burchardi & Ivonis Epiſcoporum eſt plane manifeſtum. Scribebat enim Burchardus ad finem ſæculi decimi, & ineunte undecimo. Ivo verò Carnutenſis in Eccleſia celebris fuit ad finem ſæculi undecimi & ſub initium duodecimi. Ambo autem nihil aliud ſonant quàm Canones, nullam aliam pœnam criminibus imponunt quàm Canonicam: imò

universæ

univerſæ ipſorum Collectiones pura puta ſunt Canonum decretorumque exſcripta.

Quod ſæculo undecimo adhuc in vigore fuerint Canones Pœnitentiales, & quidem in ſtrictiori rigore quàm præcedentibus ſæculis, teſtis irrefragabilis eſt Petrus Damianus Eccl. Rom. Cardinalis, eo tempore doctrinâ, eloquentiâ, & ſanctitate famoſiſſimus. Hic primùm floruit in illius ſæculi medio, natus enim Anno 1006. obiit 1071. cujus ſcripta Leonis IX. Pontificis qui Pontificatum iniit Anno 1049. authoritate & decretis confirmata ſunt.

Quanta autem fuerit illius temporis in infligendis Pœnitentiis ſeveritas, graphicè deſcribit in libro quem Gomorhianus inſcripſit, & Leoni IX. Pontifici nuncupavit. In eo enim vehementer imprimis invehitur in libros quosdam Pœnitentiales novellos in quibus, ut ait, perditi homines vana præſumptione confidunt, eò quod in illis multa eſſent contra Canones falſata, multa addita, nonnulla nimium relaxata.

Atque ut unum ex multis proferam: Libelli iſti continebant, " Quod Preſ-,, byter non prolato Monachi voto, ,, cum puella vel meretrice peccans, annis

„ nis duobus, & tribus Quadrageſimis
„ ſecundâ, quartâ & ſextâ Feria, & Sab-
„ batho ſemper cum ſicco pane pœniteat.
„ In hoc exacerbatur S. Petrus Damia-
„ nus cap. 11. libri citati, Quis tam
„ hebes, ait; quis tam inſanus reperiri
„ valeat, qui duorum annorum Pœni-
„ tentiam deprӕhenſo in fornicatione
„ Prӕsbytero idoneam credat? Si quis
„ enim quantulumcunque ſcientiam
„ Canonicӕ authoritatis vel ſummate-
„ nùs attigit, ut diſtrictiora judicia ta-
„ ceamus, quod lapſo in Fornicatione
„ Presbytero, ſaltem decem annorum
„ pœnitentia decernatur, patenter ag-
„ noſcit. Hӕc autem duorum annorum
„ Pœnitentia de fornicatione, non
„ modo non Sacerdotium id nec Laico-
„ rum eſſe perpenditur, quibus nimirum
„ ex hac ruina ad ſatisfactionem cur-
„ rentibus triennium indicatur".

Ac tandem refutatis reliquis ſacro-
rum Canonum relaxationibus, addit;
„ Quis non perpendat, quis apertè non
„ videt, quia hӕc & his ſimilia, Sacris
„ Canonibus fraudulenter immixta, fig-
„ menta ſunt Diabolica, ad decipiendas
„ ſimplicium animas callidis machina-
„ tionibus inſtitutas &c. Cave ab his
„ quicumque es, ne te Syrenarum car-
men

„ men mortifera ſuavitate demulceat,
„ ne navim tuæ mentis in Scyllea vora-
ginis profunda demergat".

Deindè poſtquam Damianus eodem libro diſputaverat quâ pœnâ Sodomiæ crimen eſſet afficiendum; illudque in quatuor ſpecies diſtinxerat, eorum ſcilicet qui ſe propriis manibus polluerant; qui cum aliis id commiſerant, qui eouſque devenerant ut in ſocii femora ſemen emiſiſſent; denique qui rem nefandiſſimam reapſe perpetraſſent: Ac præterea diſcrimen fecerat inter eos qui crimen ſemel, vel rarò vel qui ſæpiùs & longo uſu cum pluribus, perpetraſſent;
" Rectores quoſdam Eccleſiarum circà
„ hoc vitium humaniores forſitan quàm
expediat", ut ipſe loquitur, acerbè carpit, qui Clericos tantùm degradabant qui poſtremum criminis gradum perpetraverant, licet fædiùs, & cum pluribus etiam antecedentia crimina peregiſſent.
" Quæ proculdubiò impia pietas, in-
„ quit, non vulnus amputat, ſed ut au-
„ geatur fomitem ſubminiſtrat &c. Car-
„ nalis quippè cujuſlibet ordinis homo
„ magis formidat, & expaveſcit in con-
„ ſpectu hominum depici, quàm in
„ ſuperni Judicis examine condemna-
„ ri, ac per hoc mavult quamlibet
diſtricta,

„ diſtricta, quamlibet annoſæ Pœniten-
„ tiæ ſuſtinere laborem, quàm ſui gra-
dus ſubjacere periculo". Ex his patet
Rectores iſtos quidem Pœnitentiâ gra-
vi peccata iſta etiam occulta (quis ta-
men tam fœdum publicè perpetret ?)
caſtigaſſe, ſed degradationem adjungen-
dam ſolummodò negaſſe. Damianus au-
tem Pœnitentiam vel graviſſimam non
ſufficere, ſed addendam degradationem
contendebat.

Cum etiam quidam Sacerdotes, iſto-
rum criminum Rei, ſibi invicem con-
fitentur, ne in tertii cognitionem cri-
men confeſſione deveniret, & alter al-
terum pro criminis conſortio indulgen-
tius exciperet, Confeſſionem ejuſmodi
non modò improbat, ſed etiam nullam
eſſe multis contendit. "Qui reatus au-
„ ctores exiſtunt, inquit, niſi Judices
„ fiunt, & indiſcretam indulgentiam
„ quam ſibi quiſque affectat impendi,
„ gaudet alteri vicariâ permutatione
„ largiri. Undè fit ut & magnorum cri-
„ minum Pœnitentes ſint, & tamen nec
„ ora jejunio palleant, nec corpora
macie contabeſcant".

Ac tandem in hæc verba concludit,
" Quiſquis quolibet eorum modo quos
„ ſuprà diſtinximus, nefandæ turpitu-
dinis

„ dinis ſe contagione fœdaverit, niſi „ fructuoſæ Pœnitentiæ fuerit Satiſ„ factione purgatus: numquàm habere „ Dei gratiam poterit, numquàm Chri„ ſti Corpore & Sanguine dignus erit, „ numquàm cæleſtis patriæ limen in„ trabit".

Ut autem appareat quanti momenti diſciplinam hanc Damianus exiſtimaverit, & quantæ circumſpectionis in ea judicium ferre, Leonem IX. Pontificem, à quo quid in allegatis caſibus faciendum ſit edoceri poſtulat, rogat ut antequam reſponſum ferat, Canones diligenter conſiderare, viroſque doctos & pios conſulere velit.

" Petimus igitur, & humiliter im„ ploramus, inquit, ut Clementia ve„ ſtra, ſi dicere fas eſt, Sacrorum Ca„ nonum decreta, quæ tamen vobis „ notiſſima ſunt, ſolerter inſpiciat, ſpi„ rituales & prudentes viros ad conſul„ tum hujus neceſſaria indaginis aſciſ„ cat, nobiſque ſuper his Capitulis ita „ reſpondeat, ut omnem de noſtro pe„ ctore dubietatis ſcrupulum tollat".

Cui poſtquam reſpondit Pontifex, prædictas fœdi criminis ſpecies, tam Canonum, quàm ſuo judicio Clericos ab omni graduum ſuorum exercitio de-

pellere: ſe tamen ex miſericordia in-dulgere, ut qui tribus prioribus ſpeciebus fœdati fuiſſent, modò cum pluribus & frequenti uſu peccata illa non commiſiſſent, poſt actam Pænitentiam, gravitati criminis convenientem, prioribus gradibus reſtituantur, exceptis illis qui vel ſemel in quarta ſpecie deliquerint; hæc ſubjungit." Contra quod noſtrum „ Apoſtolicæ Sanctionis decretum ſi „ quis auſus fuerit vel judicare, vel latrare, Ordinis ſui ſe noverit periculo „ agere, Qui enim non pungit vitium, „ ſed palpat, cum eo qui vitio moritur, „ ipſe quoque mortis Reus meritò judicatur".

Quis ex his non videt etiam iſto ſæculo undecimo Canonum Pœnitentialium diſciplinam rigidiſſimè obſervatam fuiſſe, & magna cum animi conſtantia prædicatam; & in peccata non modò publica, ſed & occulta, gravibus, ac diuturnis Pœnitentiis fuiſſe animadverſum.

Ejuſdem rigoris teſtimonia habemus ex iis quæ decrevit Alexander II. qui Pontifex creatus Anno 1060. eſſe deſiit 1072. Similiter ex iis quæ Gregor. VII. adversùs falſas Pœnitentias ſtatuit, & ſpeciatim in Concilio Romano Anno 1078.

Cùmque

Cùmque frequens fieret eo ſæculo conſuetudo proficiſcendi Romam pœnitentiæ minuendæ causâ, adeò ut in abuſum verteretur; Epiſcopi in Conciliis congregati fortiter illi obviam ire, ne hoc abuſu Canonum diſciplina remitteretur. Patet hoc ex Concilio Saleguinſtadienſi, Anno 1023. celebrato, quod Can. 18. & conſuetudinem tradit. & abuſui medetur, his verbis. " Quia „ multi tantâ mentis ſuæ falluntur ſtultitiâ, ut in aliquo capitali crimine „ culpati, Pœnitentiam à Sacerdotibus „ ſuis accipere nolint, in hoc maximè „ confiſi ut Romam euntibus Apoſtoli„cus omnia ſibi dimittat peccata: „ Sancto viſum eſt Concilio, ut talis „ Indulgentia illis non proſit; ſed priùs „ juxtà modum delicti Pœnitentiam ſibi „ datam à ſuis Sacerdotibus adimpleant; „ & tunc Romam ire ſi velint, ab E„piſcopo proprio licentiam & litteras „ ad Apoſtolicum de iiſdem rebus deferendas accipiant".

Undè cum Comes quidam Rodiilphus nomine, qui Clericum occiderat, prædiaque Eccleſiæ invaſerat, & ob id à Fulberto Epiſcopo Carnutenſi excommunicatus, Romam petiiſſet ad Joannem Pontificem, ut excommunicatione

 ſolvere-

ſolveretur & Pœnitentiam ſuſciperet; de hoc Fulbertus admonitus, ad Pontificem ſcribit, ne ignaro ſubrepat Rodulphus, & impunitus abſolvatur, his verbis. " Nunc verò ad limina S. Petri
„ contendit, tanquam ibi poſſit accipere
„ de peccatis Abſolutionem, undè ve-
„ nire non vult ad emendationem. Un-
„ dè rogamus Te, Dilectiſſime Pater,
„ cui totiùs Eccleſiæ cura commiſſa eſt,
„ ut eum de ſanguine, atque injuria Fi-
„ liorum tuorum ita arguere & caſtiga-
„ re memineris, ſicut meritum eſſe tua
„ prudentia novit: Nec Tua Sanctitas in-
„ juſtè in Communionem recipiat, quem
„ divina auctoritas ſicut Ethnicum alie-
„ nat. Undè, bone Paſtor, evigila ſuper
„ nos, ne per incuriam tuam Grex Do-
mini detrimentum ſuſtineat".

Conqueruntur etiam Patres Concilii Lemovicenſis Anno 1034. celebrati de eo quod " excommunicati Aquitanige-
„ næ, ignorantibus Epiſcopis ſuis, à Ro-
„ mano Papa Pœnitentiam & Abſolu-
tionem acciperent". Cumque Epiſcopus Arvernenſis ſpecialiter querelas depoſuiſſet apud Pontificem, eo quod Ponrium Comitem Arvernenſem à ſe excommunicatum, ejus rei ignarus abſolviſſet: Papa culpam in Epiſcopum retorquens,

torquens, reſpondet; " Debueras certè
„ mihi , antequam illa ovis morbida
„ Romam veneric, ejus cauſam tuis in-
„ noteſcere apicibus, ut eam omnimodè
„ objicerem, tuamque firmando autho-
„ ritatem, eam anathematis ictu reper-
„ cuterem. Profiteor quippè omnibus
„ con ſacerdotibus meis ubique terrarum
„ adjutorem me, & conſolatorem po-
tius eſſe, quàm contradictorem &c".
Tanta ſollicitudine curabant Præſules,
etiam Romani, ne Canonum Pœniten-
tialium rigor incautâ Indulgentiâ (qua-
rum uſus ut apparet tunc admodùm ra-
rus erat.) remitteretur.

Eccleſiaſtica illa ſeveritas incunte
ſæculo duodecimo annis aliquot adhuc
perſeveravit, ſed paulatim minui & ob-
ſoleſcere cœpit: & conſequenter cum
eâ ipſius ſeveritatis adminicula; videli-
cet, antiqui illi ritus publici, tam qui
Pœnitentiæ actionem, quàm qui Pœni-
tentium reconciliationem ſpectabant.
Cùm enim incipiente hoc ſæculo cæpe-
rit quoque in Eccleſia invaleſcere Phi-
loſophia Peripatetica, ſeſeque Theolo-
giæ inſinuare, quæſtionum etiam myria-
des undique ebulliere, quæ non modò
antiquioribus ſæculis, ſed etiam proxi-

mè præcedenti maxima ex parte prorsus fuerant incognitæ.

Si quidem cæptum eſt tunc agi & agitari de partibus eſſentialibus, de materia nempè & forma Sacramentorum, ac proindè etiam Sacramenti Pœnitentiæ; de efficacia & ſignificatione Abſolutionis, ejuſque proprio & nativo effectu; de qualitate, quantitate & virtute Contritionis ſive diſpoſitionis ad effectum Abſolutionis præræquiſitæ; de neceſſitate ac tempore adimplendæ Satisfactionis &c. Atque in has & ſimiles circà Sacramenti rationem ſubtilitates & Scholaſticas contentiones, Pœnitentiæ rigor & ſtudium non modicè ſenſim evanuit. Mirùm enim quantâ facilitate, quàm rapido curſu, cum ſemel vel rima patet, à morum ſeveritate deſcendatur in relaxationem.

Viam quoque huic apperuëre tres aliæ occaſiones, quas ſigillatim recenſebimus.

Prima & antiquiſſima eſt Pœnitentiarum ſecundùm Canones impoſitarum redemptio Pœnitentibus permiſſa. Non ea quidem, ut quisquis ingentem animi dolorem de crimine demonſtrat, ſeipſum in criminis vindictam acriter affligit, pœnaſque ſibi impoſitas diligenter & prompto

prompto animo exequitur; pœnarum ab homine vel à Canone injunctarum remiſſionem, vel in faciliores commutationem mercatur. Hanc enim non modò natura & recta ratio docet, verùm etiam perpetua Eccleſiæ conſuetudo concedit, & SS. Patres laudant, optantque plurimùm ut ſinguli Pœnitentes eam promereantur. Et eſt apud antiquos frequentiſſima iſtius Indulgentiæ memoria. Sed illa Pœnitentiarum redemptio quæ relaxationi occaſionem dedit, erat pœnarum corporalium canonicè impoſitarum, veluti jejuniorum, peregrinationum, inceſſus nudis pedibus, & ejuſmodi corporis afflictionum, cum pecunia pauperibus alendis eroganda, cum certis precibus, cum ſacrificio Miſſæ, corporiſque etiam flagellationibus, commutatio.

Hæc tamen variis cum modificationibus fieri ſolebat, nec omnibus Pœnitentibus promiſcuè permittebatur, ſed parcè admodùm & circumſpectè, & Pœnitentiæ quidem anno primo nunquam, niſi cogeret maxima neceſſitas; ſequentibus annis multò faciliùs, ita tamen ut numquam vaſta & indefinita redimendi licentia concederetur.

Prima hujus moris origo non niſi

poſt annum Chriſti ſeptuageſimum detegitur: finiente ſæculo nono familiaris & vulgata fuit in Italia, Gallia & Germania. In Britannicis Inſulis antè tempus iſtud frequentatas fuiſſe, ex gravi Epiſcoporum iſtarum Inſularum de abuſu ejuſmodi redemptionum querelâ, & eorum ſeverâ improbatione, evidenter colligitur.

Obſoletis verò Pœnitentiis Canonicis, obſolevit quoque earum, de qua nunc redemptio. Ut quid enim ea redimere quæ non ſunt. Contigit id ineunte circiter ſæculo decimo tertio.

Quod autem hæc redemptio relaxationi cauſam dederit, patet evidenter. Si enim licet Pœnitentias Canonicas pecuniâ etiam redimere, quotuſquiſque hominum redemptionem hujuſmodi, jejuniis, humicubationibus, flagellationibus, aliiſque gravibus corporis macerationibus non præferet? Redemptio illa ſemper eſt in faciliùs, levius & voluntati noſtræ procliviùs. Imò eò tandem abuſus proceſſit, ut crimina argento & auro paſſim redimerentur, & eorum Rei effuſâ pecuniâ vix unquam Pœnitentiam agerent.

Ex hoc redemptionis more, novus etiam modus Pœnitentiarum exſolvendarum

datum ortus eſt. Facti ſiquidem redemptionum æſtimatione, Verbi gratiâ, unus jejunii dies, una ſeptimana, unus menſis, unus annus? Tot nummis redimitur, tot percuſſionibus, tot orationibus &c. Proclive fuit Pœnitentibus, devotione ardentibus, multorum annorum Pœnitentias exſoluere: atque adeò qui redemptionem Pœnitentiæ uni anno æquatam, centies præſtabat, centum annorum Pœnitentiam exegiſſe cenſebatur; qui millies, mille annorum.

Hac de re diſertiſſimè loquitur Petrus Damianus in libello ſive Epiſtola ad Alexandrum II. de vita SS. Rodulphi & Dominici: cap. 3. ſic refert de Rodulpho. "Sæpè Pœnitentiam centum „ annorum ſuſcipiebat, quam ſcilicet „ per viginti dies, alliſione ſcoparum, „ cæteriſque Pœnitentiæ remediis perſolvebat". Et de Sancto Dominico verba faciens, hoc teſtatur. " Memini quo- „ que quia cujuſdam Quadrageſimæ „ imminentis initio, mille annos imponi „ ſibi per nos Pœnitentiam petiit, quos „ certè omnes fermè antequam jejunii tempus tranſigeretur explevit".

Hæc autem annorum Pœnitentiæ comparatio, fiebat per enumerationem & aggregationem Pœnitentiarum, quæ

 unicui-

in cuique peccato mortali per Canones attribuebantur. v. g. Ter fornicatus eſt, bis adulterium commiſit, quater furatus eſt &c. ac fornicationi tot Pœnitentiæ anni per Canones addicuntur; triplicandi ergò ſunt anni illi. Idem de adulterio, cæteriſque criminibus agebatur. Et hac ſupputatione creſcebat in immenſum annorum Pœnitentialium numerus; poteratque quis pro ratione & quantitate criminum, mille & ampliùs annis obſtringi; & unius etiam anni vel brevioris temporis ſpatio eos exſolvere.

Verùm iſta computandæ Pœnitentiæ ratio anterioribus ævis prorsùs inaudita fuit. In iſtis enim caſibus aut extendebatur ad finem uſque vitæ Pœnitentia, aut multò ſeverior & durior infligebatur, non Arithmeticâ proportione, ſed Geometricâ; cui minuendæ plurimùm conducebat demonſtrata cordis compunctio.

Inde etiam aliquo modo originem traxiſſe videntur duo quæ poſteà viguerunt: Pœnitentias nimirùm multas præter Canonum obligationem agere; Deindè ultrà generalem peccatorum omnium Indulgentiam, multorum annorum Indulgentiam concedere.

Secunda

Secunda occaſio relaxationis Pœnitentiarum Canonicarum, fuit earum commutatio cum aliquo opere laborioſo, propter evidenter apparentem Eccleſiæ utilitatem ſuſcepto. Labor ille quia magnus & periculoſus, utilitas ex eo promanans quia eximia cenſebatur, & univerſam Eccleſiam ſpectare, Pœnitentiæ multorum annorum ſeveriſſimæ non immeritò judicabatur æquiparandus. Ideò Eccleſiæ Paſtores hanc commutationem ſub hac formula proponebant. „ Qui hoc opus egerit, aut ut „ peragatur pro viribus adnixus fuerit, „ peccatorum omnium remiſſionem conſequetur.

Magnum illud opus fermè ſemper fuit, arma contra Ethnicos, Hæreticos, Schiſmaticos gerere, aut qui gerat, ſi modò ipſe non poſſit, ſuis ſumptibus alere. Inſigne & celeberrimum hujus relaxationis exemplum eſt, Expeditio Hieroſolymitana, anno 1096 exhortante Urbano II. ſuſcepta. Hic enim in Concilio Claromontano coram maxima Epiſcoporum & Principum multitudine, omnibus Hieroſolymam Terræ Sanctæ recuperandæ causâ proficiſcentibus, cunctorum peccatorum remiſſionem pollicitus eſt, ut fideles ad tam arduum &

laborioſum opus aggrediendum ſtimularet. Unde Concionem ſuam exhortatoriam, quam refert Guilhelmus Tyrius lib. 1. de Bello ſacro, ſic concludit Pontifex. " Nos autem miſericordiâ
" Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri
" & Pauli authoritate confiſi, fidelibus
" Chriſtianis qui contrà eos arma ſuſ-
" ceperint, & onus ſibi hujus peregrina-
" tionis aſſumpſerint, immenſas pro ſuis
" delictis Pœnitentias relaxamus. Qui
" autem in vera Pœnitentia deceſſerint,
" & peccatorum Indulgentiam, & fru-
" ctum æternæ mercedis ſe non dubi-
tent habituros &c. "

In eodem Claromontano Concilio de hac re editus eſt hic Canon 2. " Qui-
" cumque pro ſola devotione, non pro
" honoris vel pecuniæ adeptione, ad li-
" berandam Eccleſiam Dei Hieruſalem
" profectus fuerit, iter illud pro omni
Pœnitentia ei reputetur ". Ubi clarè explicantur finis & intentio quam ſibi proponere tenentur, qui hoc laborioſum opus aggrediuntur; deindè quis ſit operis fructus, omnis ſcilicet Pœnitentiæ Canonicè impoſitæ, vel imponendæ expiatio.

Poſteà, propter rei paritatem, extenſa eſt gratia iſta ad Sarracenos & Mau-
ros,

ri s, magnam Hiſpaniæ partem occupantes, ut videre eſt in Concilio Rhemenſi anno 1148. Eugenio III. Præſide celebrato, in quo Incendiariis pro Pœnitentia poſt damnum reſarcitum hoc imponitur. "Pœnitentia ei detur; ut in „ Hieroſolimis, aut in Hiſpania in ſervitio Dei per annum permaneat".

Conſtitutionem Urbani II. confirmavit Calliſtus II. anno 1122. in Concilio Generali Lateranenſi primo: Idem præſtitit Eugenius III. anno 1143. Annis centum poſt Urbani II. decretum, & quinquaginta poſt Expeditionem ſub Eugenio III. ſuſceptam; Clemens III. in favorem & promotionem alterius Expeditionis in Terram Sanctam, eaſdem Indulgentias conceſſit & confirmavit.

Sed pro clariore horum elucidatione, juvat referre quæ de iis ſcribit Leo Caſſinenſis lib. 4. cap. 11. Chronici Caſſinen.: "Fertur, inquit, iſta com„ motio apud Gallias occaſione quo„ rumdam Pœnitentium principia ſump„ ſiſſe. Qui cum de innumeris ſceleri„ bus dignè apud ſuos pœnitere non poſ„ ſent, & inter notos ſine armis vivere „ vehementer erubeſcerent; authoritate „ atque Conſilio Sanctæ memoriæ Ur-

„ bani Papæ, prudentis & verè Apoſto„ lici Viri, qui tunc pro Eccleſia ne„ gotiis illis adierat partes, trans mare „ ad eruendum ex Infidelium manibus „ Sanctum Sepulchri Chriſti locum, in „ Pœnitentiam & remiſſionem peccato„ rum ſuorum fide promptiſſimè ſe ire „ ſpoponderant, certi omnino redditi „ quidquid periculorum incommodo„ rumque ſubjiſſent, à Domino Pœni„ tentiæ loco ſuſcipiendum, dum tamen „ ſe à priſtinis nequitiis jam contine„ rent. Senſim igitur hac opinione ſer„ pente, non paucos paulò poſt diffuſa „ per populos, incredibile eſt quanta „ multitudo huic conſpirationi brevi tempore adjecta ſit". Hinc facilè colligitur quàm ſeverè tunc temporis, hoc eſt, finiente ſæculo undecimo & incipiente duodecimo, à populò Chriſtiano exactæ fuerint Pœnitentiæ Canonicæ; cum ut eas vitarent, & eundem tamen fructum perciperent, tam arduum opus, & plenum periculorum moleſtiarumque, tantò affectu & impetu ſuſciperent, ac patientiſſimè ferrent.

Confirmat hæc Sanctus Bernardus cum deſcribit cap. 5. ſermonis exhortatorii ad Milites Templi, eos qui ad Orientalem militiam peccatorum redimen-

dorum

dorum cauſâ confluebant. ,,Paucos ad-
,, modùm, inquit, in tanta multitudine
,, hominum illò confluere videas, niſi
,, utique ſceleratos & impios, raptores
,, & ſacrilegos, homicidas, perjuros,
,, adulteros, De quorum profectò pro-
,, fectione ſicut duplex quoddam con-
,, ſtat provenire bonum, ita duplicatur
,, & gaudium; quandoquidem tam ſuos
,, de ſuo diſceſſu lætificant, quàm illos
,, de adventu quibus ſubvenire feſtinant.
,, Proſunt enim utrobique, non ſolum
,, utique iſtos tuendo, ſed etiam illos
,, non opprimendo. Itaque lætatur Æ-
,, gyptus in profectione illorum, cùm
,, tamen de protectione nihilominùs
,, lætetur Mons Sion, & exultent Filiæ
&c.

Quanta autem multitudo hominum non modò publicè impiorum, ſed & omnium generum, tantæ mercedis pollicitatione allecta, peregrinationem illam aggreſſa fuerit, teſtatur idem S. Bernardus in fine Epiſt. 246. dum ſcribit:
,, Vacuantur Urbes & Caſtella; & pe-
,, nè jam non inveniunt quem appre-
,, hendant ſeptem Mulieres Virum u-
,, num; adeò ubique Viduæ vivis re-
manent Viris". Et ad ipſum ſcribens Abbas Caſemarii Epiſtola inter Bernar-

dinas

dinas 333. ſic de pietate ibidem morientium refert. „ Denique confeſſi ſunt nobis qui redibant, quod vidiſſent multos ibi morientes, qui libenter ſe mori dicebant, neque velle reverti, ne ampliùs in peccata reciderent „.

Et nonnè hac pænitendi ratione dici poteſt occultorum peccatorum publicam Pœnitentiam actam fuiſſe, & conſuetudinem quadringentis circiter annis intermortuam, iterùm cum publico applauſu revixiſſe? Nam cum innumeri homines huic militiæ propter crimina ſua nomen darent, ne centeſima quidem pars crimina publica perpetraverat. Cæteri igitur omnes hac Expeditionis ſuſceptione ſe ingentia crimina occultè ſaltem perpetraſſe publicè profitebantur. Minuebatur tamen iſta criminis perpetrati profeſſio, eo quod nonnulli ſolus pietatis causâ huic militiæ ſeſe addicerent, ut antiquitùs eadem præſumptio infirmabatur ex eo quod nonnulli pariter devotionis causâ, & nullius criminis Rei, Pœnitentiam publicam amplecterentur & agerent.

Hinc etiam agendæ Pœnitentiæ publicæ, & illius à ſolemni diſtinguendæ eo tempore exorta eſt occaſio & conſuetudo. Tum enim frequentiſſimæ factæ

ſunt

Digitized by Google

ſunt peregrinationes expiandorum peccatorum causâ, Hieroſolymam præſertim. Utque ſolemnior eſſet peregrinatio, veſtem pœnitentialem aſſumebant (cujus in hunc uſque diem ſpeciem aliquam ſervant vulgares illi Peregrini, ſignanter Compoſtellani) atque indè vulgò Pœnitentes publici dicebantur. Id autem ex æquo faciebant & propter occultum crimen, & propter publicum, ut uniuſcujuſque ferebatur devotio.

Sed quæri poſſet, quomodò Expeditiones illæ occaſionem dederint extinguendæ Pœnitentiæ Canonicæ, cum fuerint potiùs æqua Pœnitentiarum iſtarum commutatio, quàm licentioſa relaxatio? Poterat enim Expeditio illa & recuperatio Terræ ſanctæ, utpotè periculis & incommodis plena, ac diuturna, gravibus Pœnitentiis Canonicis jure merito æquiparari?

Verùm ſi res benè perpendatur, fatendum erit quod oblatâ iſtâ Indulgentiâ, modoque Pœnitentias Canonicas acerbas, publicas, longas &c. compenſandi, raræ admodùm vel imponerentur vel ſuſciperentur: ſi qui enim graviorum criminum Rei illis ſeu publicè ſeu privatim ſubjecti eſſe debebant, vel Expeditionem illam aſſumebant, vel ad

eam

eam pro viribus contribuebant; quod medium veniæ adipiſcendæ judicabatur paſſim priore longè faciliùs ac honeſtiùs, atque ita Pœnitentiarum Canonicarum uſus ſenſim deſuevit.

Nec prætereundum, quod harum quoque Expeditionum & Peregrinationum occaſione factum ſit, ut Abſolutio Confeſſioni conjungeretur antè inceptam, ſed poſt acceptam tamen atque pollicitam actionem Pœnitentiæ; atque hinc alia relaxandæ Pœnitentialis diſciplinæ occaſio emerſerit.

Rem ab ovo, ſed compendioſè deſumemus ex iis quæ de illa fusè tractat & demonſtrat, Joannes Morinus, „ in „ Commentario Hiſtorico de Diſcipli„ na in adminiſtratione Sacramenti „ Pœnitentiæ tredecim primis ſæculis „ in Eccleſia Occidentali, & huc uſque in Orientali obſervata„, ex quo etiam pro majori parte deſumpta eſt hæc Deductio, in gratiam eorum quibus Antiquitas nondum eſt ſatis perſpecta.

Cum ſuſceptâ Expeditione vel Peregrinatione iſtiuſmodi, otium non eſſet Pœnitentibus ex præſcripto Canonum Pœnitentiæ curſum peragere, ſeſeque Abſolutione dignos probare; & innumera interim graviaque ipſis imminerent

rent vitæ pericula: facta debita Confeſſione, & præſtitis interioris Contritionis, quæ poterant, teſtimoniis, nec non Satisfactionis adimplendæ fide-dignis promiſſionibus, Abſolutio antè profectionem ipſis concedebatur (quod in tali caſu ſemper licuit, ne dùm tempus humano judicio Abſolutioni maturum expectatur, efflüeret quo dari poſſet). Sed ingens ille hominum humerus, qui ſacræ militiæ nomen inſcribebant & Peregrinationes frequentabant, pluribus annis continuatus, effecit, ut tandem omnibus promiſcuè ac indiſcretò Abſolutio poſt Confeſſionis editionem ſtatim concederetur, modoque quaſi indivulſo una alteri conjungeretur.

Cumque hæc praxis ab ea recederet quam SS. Patres inſtituerant, ut nempè Satisfactio Pœnitentialis, aut illius ſaltem pars, lege ordinariâ, criminum remiſſioni & Reconciliationi præmitteretur, cœptum eſt inquiri pœnitiùs & acriter diſputari inter Scholaſticos, Quis igitur eſſet proprius Abſolutionis effectus in peccata confeſſa? Et varii varia ſubtiliter excogitarunt, quæ in Palæſtris Scholaſticis per duo propèmodum ſæcula multum pulveris excitarunt, & particulariter à Morino refe-

runtur,

runtur, lib. 8. c. 2. Ac tandem ea ſententia prævaluit, quæ rejectâ formâ Abſolutionis deprecatoriâ, uſque tunc uſitatâ (ut multis evidenter probat Morinus lib. 8. c. 8. & ſeq.) vim præcipuam, non in ſolam pœnam, ut quidam volebant; ſed in culpam tribuebat formulæ indicativæ, ſeu hiſce Miniſtri verbis, Ego te abſolvo &c.

Verùm refrigeſcente multorum Charitate, & inveteraſcente conſuetudine ſic abſolvendi, & poſtponendi opera Pœnitentialia ipſi Abſolutioni, hæcque etiam ut plurimùm committendi beneplacito Pœnitentias; facilè plurimorum animis inſedit hæc perſuaſio, quod opera pœnalia & ſatisfactoria ad remiſſionem peccatorum obtinendam nequaquam ſint neceſſaria; ſed ipſa Abſolutio Sacramentaliter prolata tantæ ſit virtutis & efficaciæ ut effectum Sacramentalem producat, & habitum gratiæ juſtificantis infundat in animam peccata ſua Confitentis; id eſt, materiam aliquam formæ Sacramentali ſubjicientis. Atque ita progreſſu temporis omnis fermè Pœnitentiæ non modò exterioris, verùm etiam interioris (quibus tamen Sancti Patres præ cæteris incumbebant) cogitatio & cura, in pleriſque tùm Pœnitenti-

nitentibus, cùm etiam Confeſſariis elanguit, exolevitque.

Nec mirum: docebant quidem Sancti Patres, ut ſuperiùs relatum eſt, Pœnitentiam Canonicam Dei iram placare, miſericordiam provocare, flectere ad peccatorum veniam impertiendam, gehennæ flammam extinguere, & ſalutem æternam promereri. Et hoc potiſſimùm argumento freti ad Pœnitentiam Canonicam Peccatores exhortabantur & urgebant. Verùm quis credens Abſolutionem, omnium iſtorum beneficiorum ac gratiarum ſimul collatricem, illicò poſt editam Confeſſionem, criminum etiam enormium ac repetitorum, concedi poſſe, levi dumtaxat ſuperadditâ pœnitentiâ (exempli causâ, recitandi Roſarium vel ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, ſemel jejunandi &c.) & quidem pro opportunitate peragendâ; quis, inquam, duras diuturnaſque corporis macerationes & animi afflictiones à Canonibus præſcriptas imponat? Quis illas acceptet? Profectò naturâ omnes homines ad fugiendum ſummum capitis periculum igneſcunt, eo elapſo ad minora frigeſcunt, torpeſcunt ut plurimùm. Atque ita hoc etiam adminiculo Canonicæ Pœnitentiæ vigor tandem extinctus eſt.

Sed

Sed ad tertiam relaxatæ diſciplinæ Pœnitentialis occaſionem progrediamur. Hujus formula erat ejuſmodi: "Qui „ denarium in ædificationem aut reparationem hujus Eccleſiæ vel Oratorii contulerit, tertiam partem, vel quartam &c. Pœnitentiarum imponendarum illi in Domino relaxamus". Hæc ab initio in maximam relaxationem degeneravit. Ideò cùm primùm ipſius praxis in Eccleſia emicuit, non aliter eam Doctores vocarunt quàm Pœnitentiarum relaxationem & remiſſionem. Poſteà illius uſu vulgato & confirmato, vocata eſt Relaxatio, ſive Remiſſio & Indulgentia, cum horum altero Indulgentiæ nomine conjuncto.

Eodem propè tempore extenſa eſt iſta Relaxatio ad res ſæculares, Pontium, itinerum, rerumque ſimilium refectionem. Nonnunquam integra Pœnitentia relaxabatur. Sed raró id ſibi initio arrogabant Epiſcopi; hoc erat ſummo Pontifici veluti communi conſenſu delatum: Vix tertiam Pœnitentiæ partem excedebat relaxatio ab Epiſcopis conceſſa.

Hæc autem Relaxatio meritò dici poteſt cauſa præcipua remiſſarum, ac tandem obſoletarum Pœnitentiarum. Qu[illegible]

cau[illegible]

enim longiſſimis & duriſſimis Pœnitentiis noctu diuque incumbere velit, qui uno denario, aut etiam obolo juxta Epiſcopi mandatum erogato, tertiæ Pœnitentiarum Canonicarum parti ſumma quadrante ſatisfacit, & triplicato denario totam ſummam albo expungit? Quidquid ſubtiliter dicatur & diſputetur, hoc axiomate poſito, difficillimè Pœnitentiæ Canonicæ actio perſuadebitur, cùm ad ſe ab ea redimendum tam facilè & parabilè unicuique præſto ſemper ſit remedium. Hoc paulò poſt demonſtravit experientia, & in hunc uſque diem demonſtrat.

Præcedentis quidem relaxationis alia longe ratio eſt. Permutabatur enim Pœnitentia cum opere difficili, cui permulti non abs re Pœnitentiæ Canonicæ actionem præferre potuiſſent. Sed equidem poſtremæ huic occaſio manifeſta fuiſſe videtur. Etenim peccatorum omnium remiſſio primùm donata eſt omnibus Hieroſolymitanam Expeditionem ſuſcipientibus: poſteà iis qui legitimè impediti eò non proficiſcebantur, ſed quemdam ibi militaturum ſuis ſumptibus alerent. Ut pecunia ſic diſtributa peccatorum omnium remiſſionem pariebat, ita quoque crediderunt idem parere

rete poſſe in Eccleſiarum ædificationem vel reparationem collata. Hoc tamen obſervare ſolebant, ut remiſſio integra ſuſcipientibus iter Hieroſolymitanum ſemper concederetur, pars verò tantùm, ut tertia, vel quarta, ſeptima vel alia quævis, in aliorum operum præfatorum gratiam.

Cùm primùm Relaxationem ejuſmodi praxis oborta eſt, multi Doctores Pariſienſes eam difficilem admodùm judicarunt: prævaluerunt tamen commoda quæ hinc in Eccleſias redundabant: Adeò ut Mauritius, Epiſcopus Pariſienſis, qui anno 1196. obiit, cum Epiſcopatui præfuiſſet annis circiter 32. homo aliàs origine pauper, ex eleëmoſynis iſtiuſmodi, ſeu pœnitentiarum redemptionibus, tantam auri argentique ſummam conflaverit, ut ingentem illam Cathedralem Eccleſiam Pariſienſem Beatæ MARIÆ Sacram, à fundamentis conſtrui curaverit; & quatuor Abbatias in agrò Pariſienſi fundaverit, extruxerit, & dotaverit. Opera ſanè quibus Regiæ divitiæ vix ſufficerent. Fertur aliquando de hac ædificiorum ſuorum magnificentia cum Petro Cantore Pariſienſi; Viro tunc temporis doctrinâ & authoritate magno, collocutus, ab eo-
que

que quid de illa cenſeret percunctatus; & reſpondiſſe Cantorem; "Multò melius facturum ſi populum ſuum ad agendam Pœnitentiam ſedulò exhortaretur".

Cùm autem hæc Mauritio tam proſperè ſuccederent, multi Epiſcopi idem imitati ſunt (& hinc fortaſſis pleræque elegantiſſimæ diverſarum Regionum Baſilicæ, & opìmæ celeberrimæque Monaſteriorum, Abbatiarum, Xenodochiorum, aliorumque piorum locorum fundationes, fundamenta ſua vel reſtaurationes ævis iſtis debent) brevique ad Pontium, viarum, operarumque ſimilium publicarum commoditas tranſlata eſt.

Demùm iſta Relaxatio & Indulgentia conceſſa quoque eſt, præſertim à Summo Pontifice, propter preces & ſimilia opera merè ſpiritualia, veluti orantibus pro recuperatione Terræ Sanctæ, pro Pontifice, pro Rege &c. "Et „illis præcipuè qui aliam quam Oratio„nis ſubventionem facere non poſſunt; „utporè ſunt pauperes & debiles, in„quit Alex. Halenſis in 4. & rationem hanc reddit. "Non eſt enim conſonum „rationi, quod perſonis miſeris neganda „ſint remedia, quæ pia Mater Eccleſia „Filiis ſolet præſtare.

Hanc tamen Indulgentiam concedendi poteſtas, & obtinendi facultas non adeò indefinita erat, quin certis conditionibus limitaretur, quas Doctores iſtius ætatis, inter quos Altiſiodorenſis & Albertus Magnus, hoc modo enumerant. Requirebatur primò Concedentis authoritas & Iuriſdictio. 2. Juſta neceſſitas aut utilitas. Neceſſitas, ut periculum Patriæ, liberatio Terræ S. periclitans fides, & hujuſmodi. Utilitas, ut paupertas loci, auditio Verbi Dei, frequentatio Reliquiarum &c. Hanc autem utilitatem volebant etiam aliqui eſſe publicam, non privatam. 3. Ut Pœnitens ſit contritus, & confeſſus ſaltem in voto. Et ideo, inquit Albertus, ſemper in litteris Indulgentiarum continetur. "Omnibus contritis & confeſſis &c". quia non eſſet ab eo ſolubilis pæna, niſi jam præceſſiſſet in eo remiſſio culpæ. 4. Ut credat hoc beneficium ſibi concedi poſſe authoritate Clavium. 5. Abundantia Theſauri, ſive meritorum repoſitorum in Theſauris Spiritualibus Eccleſiæ. 6. Juſta æſtimatio ſolutionis ejus, pro qua Indulgentia eſt inſtituta.

Sed quærebant aliqui, an facta alicui Indulgentiâ, injunctam pro peccatis pœnitentiam omittere poſſet, vel teneretur

vetur equidem iſtam adimplere? Ratio dubitandi erat, quod pœnitentiæ darentur non tantum in pœnam peccatorum, ſed etiam in antidotum, ut nempè ſanitas animæ recuperetur, & pravi affectus extinguantur. Reſpondet Alenſis, quod talis quidem non debeat, debito neceſsitatis, pœnitentiam adimplere; ſed quòd nihilominùs expediat. " Licet enim tantum ſit alicui collatum " de Indulgentia, inquit, quantum " ſufficit ſibi ad deletionem totius pœ" næ, quam debet pro peccatis; tamen " non expedit illi prætermittere ſibi in" junctam pœnitentiam, ſed expedit quod illam adimpleat quamdiu vixerit".

Et Albertus Magnus, " Conſilium " meum in talibus ſolet eſſe, ait, quod " etiam poſt Relaxationem, Pænitens " maneat in pænitentia quam diſcretus " Confeſſor, poſt diligentem exami" nationem Confeſſionis injungit: Quia " ille non injungit tantùm pro reatu " delendo, ſed etiam ut ſit Medicina " contrà pronitates contractas ex anti" quis peccatis, quæ non indulgentur " per Indulgentiam, ſed potiùs per " opera Satisfactionis prædicto modo

,, injunctæ. Et ideo licet non teneatur
,, ſervare ut ſatiſfaciat pro reatu, utile
tamen eſſet ut ſervet pro medicina".
Nec eſt hæc ſententia aliena à mente
Concilii Tridentini, quandoquidem
declaret, quod "pœnæ Satisfactoriæ me-
,, deantur peccatorum reliquiis, & vitio-
,, ſos habitus, malè vivendo comparatos,
contrariis virtutum actionibus tollant".
Seſſ. 14. cap. 8. "Quo ſanè effectu care-
rent peccatores, ſi de inveteratis, &
continuatis criminibus nullam omninò
agerent pœnitentiam, ſed de miſericor-
dia Dei nimiùm præſumentes, ſolis In-
dulgentiis conarentur ea diluere: Cum
tamen " Divinam Clementiam deceat,
,, ne ità nobis abſque ulla Satisfactione
peccata dimittantur, inquit idem
Conc. Trid. loco citato; " ut occaſione
,, ſuſceptâ, peccata leviora putantes,
,, velut injurii & contumelioſi Spiritui
,, Sancto, in graviora labamur, the-
,, ſaurizantes nobis iram in die iræ.
,, Quapropter etiam, in concedendis
,, Indulgentiis moderationem, juxtà
,, veterem & probatam in Eccleſia
,, conſuetudinem, adhiberi cupit, ne
,, nimiâ facilitate, Eccleſiaſtica diſci-
plina enervetur", Decreto de Indulg.
Illud idem incommodum ex nimia

In-

Digitized by Google

Indulgentiarum frequentia jam olim præſentiens Eccleſia, terminos Epiſcoporum poteſtati præſcripſit. Ità Innocentius III. anno 1215. cum toto Concilio Lateranenſi quarto, inter cætera celeberrimo, hunc Canonem decrevit, poſteà in Corpus juris relatum, cap. ,, cum ex eo, de Pænit. & Remiſſ. "Ad ,, hæc, quia per indiſcretas & ſuperfluas Indulgentias, quas quidam ,, Eccleſiarum Prælati facere non verentur, & claves Eccleſiæ contemnuntur, & pœnitentialis Satisfactio ,, enervatur; decrevimus, ut cum dedicatur Baſilica, non extendatur Indulgentia ultrà annum; ſive ab uno ,, ſolo, ſive à pluribus Epiſcopis dedicetur: Deindè in anniverſario Dedicationis tempore, quadraginta dies ,, de injunctis pœnitentiis indulta remiſſio non excedat, &c ". Solebant quandoque ad ſimilem Dedicationem plures Epiſcopi eam cohoneſtandi causâ, convenire, & unuſquiſque Feſtivitatem iſtam celebrantibus, & ad eam contribuentibus, Indulgentias effusè ſatis largiebatur. Licentiam iſtam reſtringit Concilium.

Quòd ipſum etiam Pontifices obſervarunt, ut Alexander III. qui anno 1177.

in conſecratione majoris Altaris Eccleſiæ Ferrarienſis, Pœnitentibus & Confeſſis illud ipſo die viſitantibus, " Annum unum de criminalibus, & ſeptimam partem venialium relaxavit, referente Baronio. Quibus videas, ſubdit, uſum ejus temporis concedendi per Romanos Pontifices Indulgentias, quæ unius anni terminum non excederent, præterquam in Expeditione Terræ Sanctæ." Similia aliorum Pontificum exempla, quæ plurima ſunt, producere, longiùs excurrere quàm hujus Compendii ratio patiatur. Vehementer ſiquidem pertimeſcebant Pontifices, ne imprudenti largitione, pœnitentialis Satisfactio & Eccleſiaſtica diſciplina enervaretur: Beneficium namque ipſum, utpotè male locatum, diſpendium veriùs eſſet & maleficium; Cenſuraque Divina, ut in pari cauſæ loquitur S. Cyprianus, ſolveretur. Undè referunt Gregorium VIII. cum dedicaret Eccleſiam Beneventi à ſe conſtructam anno 1187. petentibus Indulgentias, reſpondiſſe. " Tutiùs eſt ut agatis pœnitentiam, quam vel tertiam partem, vel aliquotam vobis remittam".

Ipſe etiam Urbanus IV. qui Feſtum

in

in memoriam inſtitutionis Sanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ per univerſum orbem Chriſtianum anno 1264. indixit, voluitque eſſe celeberrimum; Indulgentias quidem plures conceſſit Solemnitatem iſtam celebrantibus, ſed parcè admodùm, ſi deſiderium ſpectes, quo ferebatur ad hujus Feſti cultum & magnificentiam, liberaliſsimè tamen, ſi temporis mores conſideres. „ Iis enim, qui „ officio matutinali Feſti ejuſdem, in „ Eccleſia interfuiſſent, verè Pœnitentibus & Confeſſis, centum dies: „ qui Miſſæ vel Veſperis totidem largitur. Illis verò qui officio Primæ, „ Tertiæ, Sextæ, Nonæ, & Completorii intereſſent, pro qualibet Horarum quadraginta dies &c.

Difficillimè enim Indulgentias unius anni, Plenarias rariſſimè concedebant: Adeò ut ipſis etiam Peregrinis Romam in Cæna Domini venientibus, Tranſmarinis tres annos, Ciſmarinis duos annos duntaxat ſolerent remittere; idque, ut antè dictum eſt, ne Canonum Pœnitentialium vigor extingueretur. Quis enim acre pharmacum febri curandæ quærat, ſi præſtò ſemper ſit lene, & nulla aſperitate moleſtum?

Ea ratione motus Sixtus IV. ut ipſe

Digitized by Google

teſtatur, Indulgentias multas, antea conceſſas, abrogavit, quæ legi poſſunt Extravag. comm. l. 5. tit. 5. c. 5. Rationem his verbis exprimit. " Id pro-
„ penſiori ſtudio præcavendum eſſe
„ cenſemus, ne cujuſvis Indulgentiæ,
„ remiſsionis, vel facultatis obtentu,
„ Chriſti fideles procliviores ad illici-
„ ta inpoſterum committenda reddan-
„ tur, aut facilitas veniæ eis peccandi tribuat incentivum". Obiit hic Pontifex anno 1484. Idem aliquoties præſtarunt ſubſequentes Pontifices, & ut teſtatur Cardinalis Baronius, " Ad
„ eam laudabilem antiquam formam
„ Clemens VIII. non ſine divino in-
„ ſtinctu, effuſas nimis Indulgentia-
„ rum conceſſiones reſtringere aggreſ-
„ ſus eſt, fiunt enim potiùs remiſsiores
„ vaſta Indulgentiarum laxitate Fide-
„ les". Et de eodem ſcribens Card. Bellarminus lib. 1. de Indulg. cap. 12. hæc profert. " Laudandus merito eſt Clem.
„ VIII. Pontifex M. qui nunc ſedet,
„ quod Decretum Concilii Lateranen.
„ ſub Innoc. III. de moderandis in-
„ diſcretis Indulgentiis, & Decretum
„ Concilii Trid. Seſſ. 25. de Revo-
„ candis Indulgentiis ad veterem &
„ probatam Eccleſiæ conſuetudinem,

execu-

„ executioni mandare ſtudet. Veteres „ enim parciſſimos fuiſſe in Indulgentiis conferendis notiſſimum eſt". Rationem huic loco ſatis appoſitam, reddit Navarrus de Jubilæo Notab. 9. num. 9. quam etiam allegat & probat Cardin. Bellar. de Indul. lib. 1. cap. 7. "Indul„ gentiæ ſunt odioſæ in Jure, quod per „ eas multùm enervetur Satisfactio „ Pœnitentialis, quæ tantoperè eſt no„ bis utilis, tantoperè noſtra nos ad eam Mater Eccleſia monet" per Canones Pœnitentiales.

Paſtorali huic ſummorum Pontificum vigilantiæ, in coërcenda prompta nimis pœnitentiæ Canonicæ relaxatione, quam indiſcreta quorundam facilitas in concedendis Indulgentiis invehebat, debetur, quod currente ſæculo duodecimo nonnulla adhuc Canonum ſeveritas viguerit. Quod licet innumeris exemplis demonſtrari poſſet, unicum tamen ſufficiet. Ad S. Bernardum, qui maximè floruit circà annum 1150. Vir pauper & ſenex mittitur per Epiſcopum Tullenſem Riciuinum, ut pœnitentiam Canonicam ab eo accipiat; ipſe ad Epiſcopum tanquam ad paſtorem proprium, ovem morbidam curandam remittit, ſcribens his verbis Epiſt. 6. "Nos dare pœnitentiam,

„ maximè in criminalibus, nulli homi„ num præſumere omninò ſolemus, niſi „ ſolis quos in noſtram curam ſuſcepipimus" : & pro ratione allegat, quod ipſemet cum Monachis ſuis in cauſis gravioribus ſoleat ad Epiſcopum recurrere : Tandem ipſum de pœnitentia huic homini imponenda ſic ſaltem monet". „ Provideatur igitur huic morbidæ ovi „ à proprio Paſtore, & tali Paſtore qui „ Canones non ignoret, congruâ Pœnitentiæ medicinâ". In ea ſiquidem ſententia erat Bernardus, quod expediret unumquemque proprio Paſtori confiteri, „ quia hoc ipſum ſignum humilitatis „ eſt, quæ generat Confeſſionem, inquit, ſerm. 3. de S. Andrea. Quid ſi fortè licentiam obtinuerit alteri confidendi ? " Tu tamen ei priùs, ait, reveles cordis „ tui arcanum, quia non eſt plena ſalus, „ ſi ille fugitur aut contemnitur, cui adhærere, aut honorare debueras".

Ex præfata itaque hiſtoria patet, quæ Pœnitentiæ praxis eo tempore paſſim vulgata fuerit : cum vir ille ſenex & pauper, longum iter aggrediatur & conficiat ad S. Bernardum, imô etiam regrediatur ad Epiſcopum, ut condignam peccato ſuo Pœnitentiam ſuſcipiat.

Verùm ineunte ſæculo decimo tertio,

eoque

eoque nonnihil progreſſo, reſtabant quidem aliqua iſtius ſeveritatis argumenta, ſed paulatim mirum in modum defecit. Confitentibus quidem in expiationem criminum proponebatur primum Pœnitentia Canonica; ſuadebatur, urgebatur: Detrectantibus tamen mitigabatur: de ſeveriore mitigatione conquerentibus, iterum minuebatur; donec Pœnitens levitatem pœnæ verecundatus tandem Sacerdoti acquieſceret. Cùm enim paſſim oculis obverſarentur occaſiones relaxandæ Pœnitentiæ, in iiſque proponendis liberales eſſent nonnulli Epiſcopi, difficilè erat Pœnitentiam Canonicam peccatoribus perſuadere. Moneant Confeſſarii, prædicent Concionatores, urgeant Paſtores: laudabunt multi ſermonis eloquentiam, mirabuntur zeli fervorem, & admittent rationum efficaciam; verùm, quis dato brevi & gratioſo pœnarum compendio auſteram illam diætam amplexabitur? Ne centeſimus quiſque.

His acceſſit Redemptionum antiquarum facilitas, quas tùm nuſquiſque Sacerdos arbitrio ſuo aſſumpſit: Undè factum more hominum ſolito, ut ex facilibus facillimæ redderentur. Deindè Confeſſariorum ordinariorum univerſalis ſententia eodem ſæculo prævaleſcens,

Pœnitentias quaſcumque in foro conſcientiæ, Sacerdotum arbitrio eſſe infligendas, ultimam operi coronidem impoſuit. Iſta nos docent Auctores celebres qui eâ ætate de his rebus ſcripſerunt. Alex. de Hales 4. part. Summæ q. 21. membro 3. art. 1. " Quidam dicunt, inquit, & ferè omnes Confeſſores, quod omnes Pœnitentiæ ſunt arbitrariæ, id eſt, in voluntate Sacerdotis, & poteſt dare plùs vel minùs pro voluntate ſua, nec peccat; & hoc vi Clavium". Sed hanc opinionem non omninò probat.

Quamquàm autem Confeſſarii ubique hoc jus in Pœnitentias Canonicas ſibi vindicarent, Doctoreſque paſſim eandem Sententiam vel docerent, vel eam quæ huic juri admodùm faveret, & Confeſſores ad illud conſervandum induceret: Tria tamen eodem tempore docebantur, conſulebantur atque etiam exercebantur, quæ plurimùm retardabant ad relaxationem præcipites. Primum ſpectat ad ſummos Pontifices, qui eodem tempore interrogati de Pœnitentia variis criminibus imponendâ, ſecundùm antiquos Canones reſpondere adhuc ſolebant. Secundum; inſignes & celebres Doctores, qui illas Pœnitentiarum relaxationes de criminibus occultis eſſe interpretandas, non

non de publicis, prædicabant & ſcribebant. Tertium: axioma apud illius ſæculi Doctores vulgatum; Confeſſorem licet in occultis peccatis puniendis non teneretur Canones ſequi, teneri tamen eos in Pœnitentiis dandis ut exemplar & formulam antè oculos ſibi proponere.

Undè etiam, licet ab antiqua ſeveritate ad tantam lenitatem eo tempore deventum eſſet, Doctores tamen Canonum, & Caſuum, quos vocant, conſcientiæ, in definiendis Pœnitentiis, & earum imponendarum ratione dicenda reſpectum aliquem ad Canones habebant, & haberi volebant. Sic inter cæteros Cardinalis Hoſtienſis..." Ut autem Sacer-
„ dos circà Pœnitentias diſpenſando
„ cautiùs arbitretur, notandi ſunt & ca-
„ ſus in quibus per Canones certæ pœ-
„ næ, ſeu Pœnitentiæ imponuntur. Nam
„ Canones Pœnitentiales tenetur ſcire
„ Sacerdos; aliàs vix in eo nomen Sa-
„ cerdotis conſtabit. Ita quoque titu-
„ lus in Corpore Juris. Canonibus Pœ-
„ nitentialibus appoſitus. Canones Pœ-
„ nitentiales, quorum notitia viris Ec-
„ cleſiaſticis eſt valdè neceſſaria. Sunt
„ enim quædam Regulæ directivæ ad
„ Pœnitentias delinquentibus imponen-
„ das".

Sic quidem ſe res habebant ſuperioribus ſæculis, ſed, ut ſolent, quæcumque effrenem naturam conſtringunt, paulatim magis magiſque diſſolutæ ſunt: quodque ingenti labore & induſtriâ comparatum, & longo tempore conſervatum fuerat, effractis ſemel diſciplinæ compagibus, breviſſimo totum fermè diffluxit. Idque præſertim ex quo Abſolutiones Sacramentales redditæ ſunt faciliores, ipſiuſque Pœnitentis, ut ita dicam, imperio tantùm non ſubjectæ; & Pœnitentiarum Canonicarum relaxationes, ſeu Indulgentiæ factæ largiores frequentioreſque; ac deindè, quod caput, homines ſibi perſuasêre quod ad eas, etiam Plenarias, promerendas, jam non, ut olim, alia opera laborioſa, aut largæ eleemoſynæ ſubſtituendæ ſint; ſed ſatis ſit vel Templum aliquod aut Altare viſitare, vel quinies Orationem Dominicam recitare, vel alias quaſdam preces, quantumvis perfunctoriè, effundere; quodque equidem per illas, omnes pœnæ ac Pœnitentiæ criminibus debitæ expungantur.

Nec eſt quod quis exiſtimet Juris rigorem authoritate Eccleſiæ remiſſum eſſe (hæc enim Spiritum Pœnitentiæ à Chriſto ſibi inditum & commendatum,

aum-

numquam dimittet ? ſed in privatis cauſis & juſtis, rigoris ſpecies in aliam frequenter commutata, ut demonſtratum eſt, plurimis occaſionem dedit, Pontificum & Epiſcoporum beneficio ad præpoſteram relaxationem abutendi. Ea eſt enim naturæ humanæ inſita pravitas, ut nihil ſit tam prudenter actum, quod non calumnietur; tam ſanctum, quod non contaminet: legibus ipſis ad leges abrogandas, & criminum defenſionem abutitur. Deindè Concilia & Pontifices lenitatem ſuper aggeres à Canonibus ſtratos reſtagnantem, nonnumquam in proprio fundo continuerunt, aut ſaltem ut moderatè ferretur, coëgerunt; ſeveritatem verò, ut optabant, reſtituere valuerunt nunquam. Et ſanè præcipitem ruentis motum ſiſtere difficillimum. Quid reflectere & in priſtinum ſtatum revocare ? Obnitentem mole ſua aut ſecum trahet aut opprimet.

Idcircò factâ diſciplinæ Canonicæ mutatione, & eâ, quam experimur, Canonum Penitentialium obliteratione, ut eorum vix memoria, nedum notitia hodiè ſuperſtes ſit apud pleroſque Theologos & Confeſſarios; Eccleſia ut piiſſima Mater Filiis ſuis tenelliùs ablandiens, Sicut Aquila provocans ad volandum

pullos

„ pullos ſuos, & ſuper eos volitans, ex„ pandit alas ſuas; & aſſumpſit eos, „ atque portavit in humeris ſuis", variiſque & novis artificiis ad interiorem cordis Contritionem (partem ad peccatorum remiſſionem obtinendam, ut deeſſent cæteræ, efficacem & neceſſariam) excitavit, & ipſiſmet Indulgentiis ad veram & heroicam Pœnitentiam ſuſcitandam & inflammandam prudenter uſa eſt, dùm eas non niſi "verè Pœnitentibus ac Contritis" largitur: fixam interim & immotam ſemper retinens intimo pectori "Canonum" antiquorum exiſtimationem, & obſervantiæ deſiderium.

Quod profectò abundè teſtatur poſtremum Eccleſiæ Concilium Oecumenicum Tridentinum.

Quamvis enim ſacra hæc Synodus propter temporum iniquitatem, varios hæreſum fluctus repentinâ quâdam eluvione totam propèmodum Europam involventes, Chriſtianorum Principum diſſentiones, bellaque etiam inteſtina, licentiam populorum, cordium duritiem, inſcitiam Sacerdotum, aliaſque pravitates & morum corruptelas; quibus Remp. Chriſtianam jam dudùm vexatam & propemodùm oppreſſam, deplorat Paulus III. in Bulla indictionis Concilii;

ces-

res Eccleſiæ collāpſas pro votis ſuis reſtaurare, Pœnitentiamque cādem prorſus, quâ olim, ratione præſcribere non potuerit; tamen "Eccleſiaſticam ,,Diſciplinam in Chriſtiano populo non ,,ſolùm reſtitui, ſed etiam perpetuò ,,ſartam tectam à quibuſcumque impe-,,dimentis conſervari cupit. Seſſ. 25. de ,,Refor. cap. 20. Sacratiſſimos Canones ,,exactè ab omnibus & quoad ejus fieri ,,poterit, indiſtinctè obſervandos ſtatuit. ,,c. 18. Et quod Pœnitentiales attinet, ,,publicis peccatis publicam pœniten-,,tiam, inujugendam decrevit", Seſſ. 24. cap. 8. operaque Pœnitentialia miris encomiis inſtanter commendat & præcipit Seſſ. 14. cap. 8. declarans "non fuiſſe ,,ſecuriorem ullam viam in Eccleſia Dei ,,unquam exiſtimatam, ad amovendam ,,imminentem à Domino pœnam, quàm ,,ut Pœnitentiæ opera homines cum vero ,,animi dolore frequentent; eò quod, ,,proculdubio magnopere à peccato ,,revocent, & quaſi freno quodam ,,coërceant, cautioreſque & vigilantiores ,,in futurum Pœnitentes efficiant, ,,medeantur peccatorum reliquiis, & ,,vitioſos habitus, malè vivendo com-,,paratos, contrariis virtutum actionibus ,,tollant. Quocircà etiam mandat Con-

feſſariis,

„ feſſariis, ut quantum ſpiritus & pru„dentia ſuggeſſerit, pro qualitate cri„minum & Pœnitentium facultate, ſa„lutares & convenientes Satisfactiones „injungant; nè ſi fortè peccatis conni„veant, & indulgentiùs cum Pœniten„tibus agant, leviſſima quædam opera „pro graviſſimis delictis injungendo, „alienorum peccatorum participes effi„ciantur. Et ſubjungit, Habeant autem „præ oculis, ut ſatisfactio, quam impo„nunt, non ſit tantùm ad novæ vitæ cu„ſtodiam, & infirmitatis medicamen„tum; ſed etiam ad præteritorum pec„catorum vindictam & caſtigationem: „nam Claves Sacerdotum non ad ſol„vendum dumtaxat, ſed & ad ligandum „conceſſas, etiam antiqui Patres & cre„dunt & docent". Quâ brevi periodo omnes Canonicæ ſeveritatis cauſas complectitur, ut ex antecedentibus patet.

Et nè omninò obliteraretur memoria poteſtatis & praxis, quam Eccleſia ſemper obtinuit, & multis ſæculis rigorosè exercuit, retinendi peccata, hoc eſt, Abſolutionem vel negandi, vel differendi ad tempus, donec juxtà Canonicas leges Pœnitens debitam Deo & Eccleſiæ Satisfactionem præſtiterit; peccata quædam judicio ſolius Epiſcopi reſervari voluit

huic Seſſ. 14. cap. 7. Decernendo quod
„ magnoperè ad Chriſtiani populi diſ-
„ ciplinam pertinere, ſanctiſſimis Pa-
„ tribus noſtris viſum ſit, ut atrociora
„ quædam & graviora crimina non à
„ quibuſvis, ſed à ſummis dumtaxat
Sacerdotibus abſolverentur” (ergò multò minùs à quibuſvis pro libitu abſolvenda cenſet) quam praxim ſummi Eccleſiæ Præſules longâ ſerie ſibi ſuccedentes uſque ad Alexandrum VII. inviolabiliter obſervari voluerunt, nonobſtantibus quibuſcumque privilegiis vel exemptionibus ab Ordinaria Iuriſdictione.

Conſtat igitur ex his, quod licet Sacroſanctum iſtud Concilium Chriſtianos ad Canonum Pœnitentialium obſervantiam & rigorem exertis planiſque vocibus, aliorum Conciliorum more, compellendos non putarit, cùm, ut tùm quidem res ſe habebant, id tentare nec poſſet, nec deberet: Nihilominùs divinâ quâdam ſolertiâ, quam ad Eccleſiæ diſciplinam conſervandam Sanctus Spiritus adhibuit, Canonicam Pœnitententiam abundè ad eorum intelligentiam, qui aures audiendi habent, ut Chriſti verbis utar, aſſeruerit ac vindicârit.

Cæterùm quo ſtudio antiquos Canones

nes retinendos obſervandoſque judicaverit, vel hoc exemplo ſatis etiam ſuperque ſignificavit: cùm etſi, quibus convocata fuit temporibus, inſignes in Clerum pravitates & corruptelæ invaſiſſent, quarum pleræque ipsâ delinquentium non ſolùm multitudine, verùm etiam illuſtri dignitate conceſſæ licitæque viderentur, ut Bulla Pii IV. teſtis eſt; Canones nihilominùs univerſos de Clericorum vita & honeſtate antiquitùs editos, "yſaem", quæ in ſuperioribus Conciliis decretæ fuerant, "vel majoribus etiam pœnis obſervari „ juſſit; & ſi qui in deſuetudinem abiiſſent, in uſum revocari voluit". Seſſ. 22. cap. 1. Divino ſanè conſilio, ſiquidem perſpiciens morum corruptionem univerſorum fermè Catholicorum animos infeciſſe, ne fortè dùm omnes Catholicos, ad Canonicam correctionem & pœnitentiam reducendo, probè Chriſtianos facere vult, faceret apoſtatas; ad Sacerdotes ſeſe convertit, & numero pauciores, & veris remediis ferendis aptiores, eoſque ad priſcorum omnium Canonum, quibus vitæ ipſorum ac morum ſanctitas, officiique debitum continetur, obſervantiam, novâ lege revocavit. Præclarè intelligens
forè

Digitized by Google

fore ut Paſtores & Confeſſarii ad antiquæ virtutis normam, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ cognitionem, ipſi ſemel reſtituti, facili negotio communem fidelium diſciplinam reſtaurarent, & miniſterii ſui memores, fideles ad veriora & ſaniora ſemper officia ducerent, eoſque potiſſimùm in Sacramentorum uſu ad Dei & Eccleſiæ leges dirigerent.

Mentem Concilii Tridentini inſecuti ſunt & dilucidè expreſſerunt Patres, quos iſtud præfecit compoſitioni Catechiſmi ad uſum Parochorum, quem Romanum nuncupant. Sic enim Tractatum de Pœnitentia finiunt, p. 2. n. 113.

" In irroganda Satisfactionis pœna, „ Sacerdotes nihil ſibi ſuo arbitratu „ ſtatuendum eſſe, ſed omnia Juſtitiâ, „ Prudentiâ & Pietate dirigenda exiſtimabunt".

" Atque ut hâc regulâ peccata metiri videantur, & Pœnitentes ſcelerum „ ſuorum gravitatem magis agnoſcant, „ operæ pretium erit interdum eis ſignificare, quæ pœnæ quibuſdam de„ lictis ex veterum Canonum præſcripto, qui Pœnitentiales vocantur, conſtitutæ ſint".

Igitur

" Igitur universæ Satisfactionis mo-
" dum, culpæ ratio temperabit".

" Hortari verò etiam eos oportet,
" ut ſæpè eadem Satisfactionis opera,
" à Sacerdote indicta; ultrò ſuſcipiant,
" ac repetant: atque ita mores ſuos
" componant, ut iis omnibus, quæ ad
" Pœnitentiæ Sacramentum pertinent,
" diligenter abſolutis, tamen virtutis
" Pœnitentiæ ſtudia numquam inter-
" mittant (quippè, Vita Chriſtiana
" debet eſſe perpetua Pœnitentia juxtà
Concilium Trid. ſeſſ. 14. c. 9."

" Quod ſi interdum, etiam ob pu-
" blicam offenſionem, publica Pœni-
" tentia præſcribenda fuerit, quamvis
" eam Pœnitens refugiat, ac depre-
" cetur, non erit facilè audiendus:
" verùm perſuadere ei oportebit, ut,
" quæ tùm ſibi, tùm aliis ſalutaria
" futura ſunt, libenti & alacri animo
excipiat".

Quidni hoc monitum vellent, cùm paulò antè num. 93. docuiſſent, non modò crimina publica, ſed etiam nonnumquam occulta antiquitùs Pœnitentiâ publicâ ſeverè fuiſſe caſtigata?

"Quare ſapientiſſimè illud ab Eccle-
" ſia obſervatum eſt, inquiunt, ut cum
" ab aliquo publicè flagitium commiſ-
ſum

„ ſum eſſet, publica etiam Pœnitentia „ ei indiceretur, ut cæteri timore „ perterriti, deinceps peccata diligentiùs vitarent”.

„ Quod etiam in occultis criminibus, „ quæ graviora eſſent; interdùm fieri ſolitum erat”.

„ Sed, ut diximus, in publicis hoc „ perpetuum fuit, ut qui ea commiſerant, antequam publicam Pœnitentiam ſuſcepiſſent, non abſolverentur”.

„ Verùm poſteà tantùm de veteris „ diſciplinæ ſeveritate remiſſum eſt; „ atque ita Charitas refrixit, ut jam „ plerique ex fidelibus ad peccatorum „ veniam impetrandam nullum intimum animi dolorem, atque gemitum „ cordis neceſſarium putent, ſed illud „ ſatis eſſe arbitrentur, ſi ſpeciem tantùm doloris habeant”. Proh dolor!

His Sanctiſſimus Pontifex Pius V. cujus juſſu Catechiſmus hic primùm editus eſt, & veteris diſciplinæ ſeveritatem Canonicamque Pœnitentiam probat, & modernæ remiſſionem ac Relaxationem deplorat, & illius reſtituendi deſiderium ſatis indicat.

Mirùm eſt quam fuerit hac in cauſa diligens, ſollicitus & zelo fervens

S. Carolus

S. Carolus Borromæus, qui mentem Tridentinæ Synodi, ac ſenſum, ſi quis alius, probè aſſecutus eſt, penitùſque percepit: quippè qui illam & ſpectavit dùm haberetur, & perficiendam explendamque curavit: qui illius Patres audivit atque affatus eſt ſæpiùs; qui Catechiſmo Romano conficiendo præfuit: qui Synodi interpretes Cardinales & diligendos providit, & in iis ipſe delectus eſt. Hic ille non modò Canones Pœnitentiales vulgò dictos, ſed innumeros alios ex antiquis Conciliis, Collectionibus, Pœnitentialibus in unum collegit, per decem divina Præcepta diſtribuit, ut unicuique peccato Sacerdotibus præſtò ſemper eſſet remedium: ubique eorum lectionem & cognitionem commendavit, in Conciliis Provincialibus, Diœceſanis, Congregationibus, publicè & privatim: in Eccleſiarum Cathedralium, Collegiatarum, Parochialium ſacrariis recondi voluit, ut hinc, cùm opus eſſet, ab unoquoque poſſent depromi, inſpici, conſuli. Quamobrem verò tam acris ſollicitudo? Rationem reddit in Præfatione ad Canones Pœnitentiales à ſe collectos, his verbis.

» Patres docuerunt quàm neceſſaria » admodùm ſit Sacerdotibus, qui in audiendis

„ diendis Pœnitentium Confeſſionibus
„ verſantur, Canonum Pœnitentialium
„ ſcientia. Etenim ſi omnia, quæ ad Pœ-
„ nitendi modum pertinent, non Pru-
„ dentiâ ſolùm ac Pietate, ſed juſtitiâ
„ etiam metienda ſunt; certè norma
„ hæc à Canonibus Pœnitentialibus ſu-
„ matur oportet. Sunt namque ii quaſi
„ regulæ quædam, quibus cùm ad culpæ
„ commiſſæ gravitatem rectè dignoſcen-
„ dam, tùm ad imponendam pro illius
„ ratione veram Pœnitentiam, Sacerdo-
„ tes Confeſſarii ita diriguntur, ut ibi
„ ſingula, & quæ ad peccati magnitudi-
„ nem, & quæ ad Pœnitentis ſtatum,
„ conditionem, ætatem, intimumque
„ cordis contriti dolorem pertinent,
„ accuratè perpenderint, tùm demùm
„ Pœnitentiam judicio ac prudentiâ ſuâ
moderentur". Quod quidem ſemper Ec-
cleſia tenuit, à qua Pœnitentiæ modus
nunquam ita præfinitus fuit, quin penes
Epiſcopum eſſet aliquid de ipſius ſeve-
ritate remittere, pro ratione contritio-
nis & perſeverantiæ in piis operibus ex-
ercendis, quam Pœnitens exhiberet.
Quam facultatem S. Carolus etiam con-
cedit in Inſtitutione Italicè conſcri-
ptâ.

" Confeſſarius Canones Pœnitentia-

„ les ſciat oportet , nam quamvis illi
„ poſſint & debeant ſecundùm pruden-
„ tis & timorati Confeſſarii arbitrium
„ mitigari, prout Pœnitentis contritio,
„ perſonarum qualitas, diverſaque con-
„ ditio, aliæque circumſtantiæ exigent;
„ utiliſſimùm tamen eſt ſemper iſtos
„ Canones præ oculis habere, & ad eos
„ tanquam ad Regulam reſpicere, quan-
„ tùm expedire videbitur. Et quidem
„ Confeſſarius, quamvis pro modo anti-
„ quo Canonum Pœnitentiam non ha-
„ bet ſequi, tamen Pœnitenti nonnum-
„ quam articulos in iis explicatos propo-
„ net, ut ſic ad majorem dolorem ad-
„ ducatur, Pœnitentiamque leviuſculam
„ quam ipſi impoſuit, tantò alacriùs
„ exequatur. Hortabiturque ut benig-
„ nitatem non prætermittat ut negli-
„ gat quâ pia Mater Eccleſia in favo-
„ rem ipſius utitur, antiquum Eccle-
„ ſiaſtica diſciplinæ rigorem in tantùm
mitigando.

Et in Inſtructione latina hæc habet iſtis conſona. "Pœnitentis culpas graves
„ perpendenti, ſibi ob mentis oculos pro-
„ ponet Canones Pœnitentiales, qui lu-
„ men & ſibi & Pœnitenti quoque affe-
„ rant; quo videant quemadmodum

pro

„ pro peccati ratione Pœnitentia & imponenda & ſuſcipienda ſit".

„ Eorum Canonum tamen Pœnitentias, ut tempora ferunt, pro charitate „ & Prudentia ſua minuet, prout peccati „ & peccatoris circumſtantiæ requirent: „ in quibus præter eas, quæ paulò antè „ demonſtratæ ſunt, rationem etiam habebit Contritionis ejus, qui peccavit".

Non eſt ergò mens S. Caroli ut Canonum Penitentialium præſcripta rigorosè hodie, & ut olim, obſerventur, ac per Confeſſarios executioni mandentur; ſed dumtaxat ut tàm Confeſſario, quàm Pœnitenti ſerviant pro norma & Regulâ imponendæ ac ſuſcipiendæ pœnitentiæ. Idcircò addit:

„ Demonſtrabit tamen iis, qui graviùs „ peccarint (quo magis ſcelerum ſuorum „ magnitudinem agnoſcant) quanta ipſis „ Pœnitentia ex Canonum regulis im„ponenda eſſet: nec verò putent ſua „ peccata levia eſſe, quia parva illa Pœ„nitentia data eſt; ſed hoc factum eſſe, „ ne eam, quæ pro culparum ratione in„jungenda erat, deſerant cum periculo ſalutis ſuæ".

Et ne hâc etiam facultate abuterentur Confeſſarii in Canonum Pœniten-

 tialium

tialium ultimam extinctionem, ſed eorum obſervantiam, quoad fieri poſſet, reducerent; ſeverè illis mandat loco citato ut pro criminum gravitate condignas Pœnitentias injungant, his verbis.

" Cum hæc Parochus pro prudentia, ,, charitateque ſua ſpectabit, tùm verò ,, maximè videbit, ut ne pro peccatis ,, gravibus leviſſimas pœnitentias impo- ,, nat: id quod & Confeſſoribus, & ,, Pœnitentibus periculoſum eſt, cùm id ,, à ſacris litteris & à Conciliorum de- ,, cretis, & à SS. Patrum ſententiâ ali- ,, enum ſit: nam divinæ litteræ ab iis, ,, qui Pœnitentiam agunt, hoc efflagi- ,, tant, ut fructus dignos Pœnitentiæ fa- ,, ciant; utque ad Dominum convertan- tur in jejunio, fletu & planctu".

" Et verò qui peccatis gravibus leves ,, quaſdam Pœnitentiæ modos imponunt, ,, hi (Canon inquit) conſuunt pulvil- los, ſecundùm Propheticum ſermonem, ſub omni cubito manus, & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis ad capiendas Animas. "Imo Concilium Trid. ,, docet alienorum peccatorum partici- ,, pes fieri eos Confeſſores, qui dum cum ,, Pœnitentibus indulgentiùs agunt, le- ,, viſſima quædam opera pro graviſſimis ,, delictis injungunt".

" Si quis igitur graviter pulicè pecca-
,, rit, cum publicam Pœnitentiam reſti-
,, tuendam eſſe S. Tridentina Synodus
,, decernat, ei publicam pro ratione cri-
minis imponet".

" Si cui autem, cùm publicè offende-
,, rit, Pœnitentia publicè imponenda
,, eſt, is ab ea longè refugiat; ne deſiſtat
,, propterea perſuadere, ut ſuſcipiat: ſi
,, minùs perſuaſionibus poteſt, conſulat
Archiepiſcopum".

Undè etiam in primo Mediolanenſi Concilio à Sede Apoſtolica confirmato, eâ de re, unà cum Provinciæ ſuæ Antiſtitibus ita loquitur. " Iidem (Con-
,, feſſores) quemadmodum à S. Trid.
,, Synodo juſſum eſt, publicè peccanti-
,, bus publicam Pœnitentiam imponant;
,, neque illius publicæ Pœnitentiæ ge-
,, nus, niſi datâ ab Epiſcopo facultate,
,, ſecretâ aliâ pœnâ commutare au-
deant".

Patet igitur Sanctiſſimum illum Præſulem, divinò Spiritu afflatum, cenſuiſſe, quod Canones antiquaque Conciliorum & Patrum de peccatis puniendis Inſtituta, cognita perſpectaque eſſe debeant, ut Pœnitentiæ tribunal ac munus probè adminiſtretur: Deindè, juris ex tribunali iſto dicendi formam & ra-

tionem, à Canonibus petendam; nec iis utendum ad culparum gravitatem tantùm pernoſcendam, ſed & ad veram pro peccati cujuſque modo conſtituendam Pœnitentiam. Denique, tametſi Canonum ſeveritas ex Pœnitentis Contritione, ætate, viribus aliiſque affectionibus temperari poſſit & debeat, eos nihilominùs, ut diſertè jubet, "ſemper quantùm poteſt, eſſe obſervandos".

Aliàs quis tandem intelligat, cognitis mihi opus eſſe Canonibus, quibus fornicatori triennii Pœnitentia antè Communionem indicitur, ut iſtum ipſum fornicatorem, pro omni Pœnitentiâ, ter Pater & Ave recitare jubeam, & ita ſtatim ad ſacram Synaxim dimittam? An fortè Canonem, quo Adultero non niſi poſt decennii Pœnitentiam Euchariſtia conceditur, ſcire me neceſſe eſt, ut adulterii reis, poſtquam Pſalmos Pœnitentiales ſemel iterùmve ipſis decurrere, aut Feriâ ſextâ jejunare præcepero, Euchariſtiam porrigam? Denique ſi Sacerdos flagitia ſua confeſſus, poſt levem Pœnitentiam, datâ opportunitate peragendam, ſtatim abſolvendus ſit, & vel ſaltem poſtero die ad Sacra facienda dimittendus; ad quid normam Canonicam mihi præſcribere, quâ Pœ-

nitentia

nitentia decennalis tali peccatori imponitur?

Deindè, ſi cauſæ penſentur, ob quas S. CAROLUS Confeſſariis mandat Abſolutionem negare vel differre, vix tres aut quatuor fortaſſis è centum, qui ſe mortiferis delictis inquinatos confitentur (ut eſt hodierna vivendi ratio, ſeſeque ad Pœnitentiæ tribunal præſentandi conſuetudo) abſolvendi erunt, priuſquam peractâ condignâ Pœnitentia Abſolutione dignos ſe probaverint. Hoc autem quid aliud eſt, quàm veterem Satisfactionis Pœnitentialis normam & adminiſtrationem, tanquam Eccleſiaſticæ diſciplinæ & Animarum ſaluti perneceſſariam commendare, & in uſum, quantùm licet, revocare? Etenim obvios quoſque ſtatim ut peccata effuderint, præproperâ feſtinatione, " & abſque ulla ,, circumſpectione abſolvere (quod per ,, Confeſſariorum incogitantiam, vel ,, negligentiam, vel alia ex cauſa ple- ,, rumque contingere", idem Sanctus affirmat) ipſo judice in cauſa eſt, " ut ,, quamplurimi in iiſdem peccatis, cum ,, ingenti Animarum ſuarum jactura lon- ,, go tempore perſeverent: & in pleriſ- ,, que artibus ac profeſſionibus innume- ,, ræ corruptelæ & graviſſima delicta

 paſſim

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

paſſim vigeant "; quod vel indè conſtare dicit, " quod ex tanto numero Confi-
„ tentium, tam exiguam emendationem
„ videamus, etiam in iis, qui toties, &
„ tam multis abhinc annis Sacramentum
Pœnitentiæ frequentarunt".

Illos autem, qui, ut relaxationibus patrocinentur, ſolent præſentem & communem agendi modum hominumque fragilitatem obtendere, hâc animi fortudine refellit in Oratione habita ad Conc. II. Mediolan. "Nec verò eſt, cur à muneris
„ noſtri ratione deterreamur, vel quia his
„ Paſtoralibus noſtris ſtudiis actionibuſ-
„ que animos eorum exulcerari videamus
„ qui filii ſunt perditionis; vel quia po-
„ pulares illæ, quibus quaſi Ficus foliis,
„ deformes praviq;ue mores contegi ſo-
lent, voces, audiantur". „ Non ferunt hæc
„ tempora veterum Canonum ſeverita-
„ tem: ſic jam diù viximus: ita vixe-
„ runt, ita egerunt, qui ætate nos ante-
„ ceſſerunt; vitæ inſtitutum nihil eſt
„ quod immutemus. "At nos hæc atque
„ alia ejuſmodi contemnamus: Propo-
„ namuſque nobis ob oculos libertatem
„ illam Spiritûs & virtutem, quâ armati
„ Patres noſtri ... Apoſtolico quodam
„ animorum ardore flagrantes, nulli
„ non minis, non hominum clamoribus,
non

„ non furoribus quaſi tribunitiis fracti
„ nec debilitati, pro Dei gloria, pro gre-
„ gis commiſſi ſalute, forti conſtantique
„ animo adhibuerunt, illam quaſi cenſo-
„ riam Virtutem, acerrimam peccatorum
„ vindicem. Eorum ferè exemplo addu-
„ cti, nos quoque Apoſtolicâ iſtâ con-
„ ſtantiâ, & Evangelicâ Virtute (quâ
„ unâ nihil eſt in Eccleſiaſticis Paſtori-
„ bus illuſtriùs, nihil magis neceſſarium)
„ ſine metû ſanè & conſtanter agamus,
„ atque adeò perficiamus quod Evange-
„ lium docet, quod CHRISTUS jubet,
„ quod ratio præcipit, quod Gregis ſalus,
„ quod Eccleſiæ authoritas dignitaſ-
que poſtulat".

In ultimo etiam Concilio eandem querelam retundit his verbis. "An verò
„ fortaſſe à curatione noſtra deterremur,
„ quia hoc noſtro frequenti Provinciæ
„ ſanandæ ſtudio exulcerantur animi
quorundam paſſim dictitantium: NON FERUNT HÆC TEMPORA VETERUM CANONUM ET ANTIQUÆ ECCLESIÆ MEDICAMENTA? "Imò ardentiùs progrediamur,
„ quoniam hæc una medicina præſtan-
„ tiſſima eſt, maximèque opportunum
„ id remedium, ut quibus olim ratio-
„ nibus disciplina Chriſtiana ſata &

„ propagata fuit, iiſdem ipſis & inſtau-
retur & conſervetur".

Circumduxerat oculos, Paſtor vigilantiſſimus, in Gregem per integram Provinciam (quid ni & per univerſam Eccleſiam?) diſperſum, videratque illum teterrimâ ſcabie omnium vitiorum infectum, ut ſæpiùs coram congregatis Conciliis Provincialibus deploravit. (a) " Nota ſunt vobis", inquiebat, "Eccleſiæ vulnera, graviſſima mala. (b) Miſerabiliter prolapſa inſtitutio Eccleſiaſticæ diſciplinæ (c) Propè perierat Chriſtianæ vitæ inſtitutio, conciderat penè ſalutarium rerum uſus, nulla ferè Cleri diſciplina, quaſique nullum populi in Charitatis officiis ſtudium: prolapſus denique miſerabilem in modum erat totus ille ab Evangelii luce dimanans Chriſtianarum virtutum ornatus. (d) Vidimus nos, vidimus Provinciæ noſtræ faciem deformatam, nec planè collachrymabili illo Templi Hieroſolymitani aſpectu diſſimilem". (e) Quin & Eccleſiam ipſam cum Noſocomio ac valetudinario confert, in quo vis infinita languentium jaceat; omnemque omnium vitiorum penes Chriſtianos licentiam ita effuſam, & in flagitioſis actionibus (f) " eos uſque adeò inſanire,

(a) *Orat. habita in Conc. Mediol. I.*

(b) *Ibidem*

(c) *Orat. in Conc. 4.*

(d) *Orat. in Conc. 5.*

(e) *Orat. in Conc. 6.*

(f) *Ibidem*

„ inſanire, ait, ut in tanta peccatorum, „ quæ indè exiſtunt, colluvione, ne „ culpam quidem agnoſcant".

Verùm, quid remedii tanto malo? (g) „ Morum diſciplinam facilè reſtituemus, „ inquit, ſi qua ratione, quibuſve factis „ primùm conſtituta diuque conſervata „ eſt, eandem nos in reſtituenda adhi- „ bebimus. (h) Patres imitari oportet. (i) Non adumbratam quamdam, ſed ex- „ preſſam illam Chriſtianæ diſciplinæ „ formam, afflante Spiritu ſancto decre- „ tis noſtris reſtituere curemus, quam „ naſcente Eccleſia inſtituit vivus ſermo „ Dei & efficax. (k) Si quæ oves imputrâ „ vitiorum labe extabeſcunt, ſalis acri- moniâ ſanandæ ſunt".

(g) *Orat. in Conc. 1.*

(h) *Orat. in Conc. 2.*

(i) *Ibidem*

(k) *Ibidem*

Deinmodum præſcribit & intentionis rectitudinem, quibus ſpiritualis illa curatio ritè & efficaciter fiat. (l) „ In cu- „ ratione ſpirituali plurimùm valet ut „ ne Mundi prudentiæ, neque noſtræ, „ innitamur. Prudentia Carnis mors eſt; „ prudentia Mundi cæca & fallax: at „ prudentia Spiritûs vita & pax. Quæ „ Chriſti ſunt, Chriſti Spiritu agamus: „ Ab illo pendeamus, non Vulgi judicio, „ non populari plauſu, non privatis ra- „ tionibus curæ noſtræ partes comme- „ tiamur. Hoc ſanè eſt Apoſtolos, quos

(l) *Orat. in Conc. 6.*

Digitized by Google

„ miſit Deus infirmos ſanare, ſalutariter
„ imitari, hoc planè Evangelii Leges
„ ſervare, hoc ipſum gerere, hoc ſalutares curationes adhibere".

(m) *Orat. in Conc. 2.*

(m) "Oportet igitur nos depoſitis cu-
„ piditatum noſtrarum perturbationibus,
„ oculiſque mentis in Cælum conje-
„ ctis, non utilitates noſtras, non com-
„ moda, non Hominum honores ſpecte-
„ mus, non rebus noſtris, non popularibus
„ ſtudiis, non laudi, non gloriæ noſtræ;
„ ſed Chriſto ſerviamus, cui omnem glo-
„ riam, omnem laudem, omnem honorem
„ debemus. Neque enim eſt cur aut nobis
„ ipſis, aut Hominibus placeamus, ſi qui-
„ dem quis indè fructus, ſi nos ipſos
„ amantes, animæ noſtræ jacturam facia-
„ mus? Ecquæ utilitas nobis exiſtet, ſi
„ iram Dei in nos concitantes, Hominum
„ benevolentiam, populari quâdam in-
dulgentiâ conciliemus"?

Mox ad populum ſum converſus, juxtà Propheticum monitum Ezech. 33. inſonat buccinâ, gladium venientem, & latentem hoſtem in blandis Medicis, laxiſque Confeſſariis denuntiat, qui vulnera Conſcientiarum non ex præſcripto Canonum curant, ſed ad corruptæ Naturæ pruritum demulcent.

(n) *Orat. in Conc. 6.*

(n) "Quàm inanes, ait, & penè nefa-

ciæ

„ riæ illæ voces Hominum, qui populum
„ noſtrum decipiunt, dicentes: Pax, &
„ non eſt Pax. Quàm imperitè hoc ja-
„ ctitant? Quam iniquo etiam animo
„ ſunt iſti, qui curant contritionem
„ filiæ Populi mei cùm ignominia, di-
„ centes": Pax, Pax, & non eſt Pax: "An
„ ubi malorum lues, Pacis, Concordiæ
„ & bonorum ſtatus? An ubi variæ mor-
„ borum ſpecies, recta valetudo? An
„ ubi adhuc morum corruptelæ, diſci-
„ plinæ Chriſtianæ perfectio? Attendite
„ quæſo qui iſti Homines ſunt cùm talia
„ dictitent": Liniunt parietem luto
abſque paleis, abſque temperamento;
vident viſionem Pacis, & non eſt Pax.

" Longè abſint à nobis voces iſtorum,
„ qui conſuunt pulvillos ſub omni cubi-
„ tu manus, &c. Næ iſti his adulatio-
„ num vocibus, vocumque blanditiis,
„ cùm nos fallere ſtudent, cùm iſtis
„ etiam illecebris Populos noſtros de-
„ cipiunt; dicunt enim: bonum, malum;
„ & malum, bonum. O popule meus!
„ quis poterit omnia mala, quæ te undi-
„ que premunt, enumerando percenſere?
„ Audent tamen iſti à ſalutis via te
„ adulationibus longiùs abducere? Po-
„ pule meus! qui te in tanta malorum
„ colluvione beatum dicunt, ipſi te de-

 cipiunt;

Digitized by Google

„ bitur eorum pectoribus certarum re-
„ rum Meditatione præparandis, ut in-
„ terim animorum maculas lachrymis,
„ ac voluntariis eluant pænis. Si quid
„ cui debent, reſtituant : Simultatibus,
„ ſi quas habent, depoſitis, redeant cum
„ inimicis in gratiam : à libidinis con-
„ ſuetudine, cæteriſque, quibus impli-
„ citi ſunt, flagitiis expediantur. Nam-
„ que iſtiuſmodi homines in ipſa Con-
„ feſſione promittunt ſe cuncta facturos;
„ poſt Abſolutionem, fidei datæ imme-
„ mores, promiſſa irrita cadere patiun-
„ tur. Proindè elaborandum eſt, ut hi
„ abſolvendi repræſentent, quod præſta-
re debent abſoluti.

"Confitentibus porrò", pergit TUR-
SELINUS, " non feſtinatam ſed dili-
„ gentem navandam operam cenſebat,
„ monens ut præoptarent Confeſſiones
„ paucas ritè factas audire, quàm multas
„ temerè properatas. Quî enim confi-
„ tentes intentiùs excuti poſſe? Quî
„ eorum odiis, fraudibus, vitiis adhiberi
„ remedia, niſi per otium curarentur?
„ An verò dubium eſſe, quin Confeſſio
„ una rectè inſtituta, multis curſim pe-
ractis præſerenda ſit"?

Eâdem illâ tempeſtate S. THOMAS
à VILLA NOVA, Archiepiſcopus Va-
lentinus

lentimus, faciem Eccleſiæ intuens, dejectam Pœnitentiæ Canonicæ diſciplinam, & perniciosam nimis Confeſſariorum indulgentiam, amaris lacrymis lugebat, & acerbis verbis perſequebatur: ſatis innuens, quantis votis exactiorem normam optaret; tametſi corruptiſſimi iſtius ſæculi pravitas, & Chriſtianorum durities, ipſum cogeret toleratæ in Eccleſia conniventiæ, pro majori bono, nonnihil ſeſe attemperare.

Siquidem ut oſtendat non eſſe Abſolvendum peccatorem in ſepulchro vitiorum jacentem, utitur exemplo Chriſti Lazarum ſuſcitantis, Conc. in Feria 6. poſt Dom. 4. Quadrag. & addit: "Non „ ſuſcitat à ſepulchro Medicus, ſed Deus; „ ſed quem ſuſcitat Deus, hunc ſolvit „ Medicus. Priùs ergo vadat, & Con„ cubinam à domo expellat, pecuniam „ alienam reſtituat, &c. Et tunc ad „ Confeſſarium redeat, & abſolvatur. „ Hic rectus eſt ordo, hic in Lazari „ ſuſcitatione à Domino ſervatus eſt, „ hunc ordinem ne transgrediaris. O Medice, cur fœtentem ſolvis"?

„ Cur indigno veniam promittis? cur, „ cui Abſolutionis beneficium exhibeas, „ non diſcernis? duas tibi claves Do„ minus dedit, unam diſcernendi, alte-

ram

paſſim vigeant"; quod vel inde conſtare dicit, " quod ex tanto numero Confi-
" tentium, tam exiguam emendationem
" videamus, etiam in iis, qui toties, &
" tam multis abhinc annis Sacramentum
Pœnitentiæ frequentarunt".

Illos autem, qui, ut relaxationibus patrocinentur, ſolent præſentem & communem agendi modum hominumque fragilitatem obtendere, hâc animi fortudine refellit in Oratione habita ad Conc. II. Mediolan. "Nec verò eſt, cur à muneris
" noſtri ratione deterreamur, vel quia his
" Paſtoralibus noſtris ſtudiis actionibuſ-
" que animos eorum exulcerari videamus
" qui filii ſunt perditionis; vel quia po-
" pulares illæ, quibus quaſi Ficus foliis,
" deformes praviq;ue mores contegi ſo-
lent, voces, audiantur". " Non ferunt hæc
" tempora veterum Canonum ſeverita-
" tem: ſic jam diù viximus: ita vixe-
" runt, ita egerunt, qui ætate nos ante-
" ceſſerunt; vitæ inſtitutum nihil eſt
" quod immutemus. "At nos hæc atque
" alia cjuſmodi contemnamus: Propo-
" namuſque nobis ob oculos libertatem
" illam Spiritûs & virtutem, quâ armati
" Patres noſtri ... Apoſtolico quodam
" animorum ardore flagrantes, nullis
" non minis, non hominum clamoribus,
non

„ non furoribus quaſi tribunitiis fracti
„ nec debilitati, pro Dei gloria, pro gre-
„ gis commiſſi ſalute, forti conſtantique
„ animo adhibuerunt, illam quaſi cenſo-
„ riam Virtutem, acerrimam peccatorum
„ vindicem. Eorum ferè exemplo addu-
„ cti, nos quoque Apoſtolicâ iſtâ con-
„ ſtantiâ, & Evangelicâ Virtute (quâ
„ unâ nihil eſt in Eccleſiaſticis Paſtori-
„ bus illuſtriùs, nihil magis neceſſarium)
„ ſine metû ſanè & conſtanter agamus,
„ atque adeò perficiamus quod Evange-
„ lium docet, quod CHRISTUS jubet,
„ quod ratio præcipit, quod Gregis ſalus,
„ quod Eccleſiæ authoritas dignitaſ-
que poſtulat".

In ultimo etiam Concilio eandem querelam refundit his verbis. "An verò
„ fortaſſe à curatione noſtra deterremur,
„ quia hoc noſtro frequenti Provinciæ
„ ſanandæ ſtudio exulcerantur animi
quorundam paſſim dictitantium : NON FERUNT HÆC TEMPORA VETERUM CANONUM ET ANTIQUÆ ECCLESIÆ MEDICAMENTA ? "Imò ardentiùs progrediamur,
„ quoniam hæc una medicina præſtan-
„ tiſſima eſt, maximèque opportunum
„ id remedium, ut quibus olim ratio-
„ nibus diſciplina Chriſtiana ſata &

„ propagata fuit, iiſdem ipſis & inſtauretur & conſervetur".

Circumduxerat oculos, Paſtor vigilantiſſimus, in Gregem per integram Provinciam (quid ni & per univerſam Eccleſiam?) diſperſum, videratque illum teterrimâ ſcabie omnium vitiorum infectum, ut ſæpiùs coram congregatis Conciliis Provincialibus deploravit. (a) „Nota ſunt vobis", inquiebat, „Eccleſiæ vulnera, graviſſima mala. (b) Miſerabiliter prolapſa inſtitutio Eccleſiaſticæ diſciplinæ (c) Prçpè perierat Chriſtianæ vitæ inſtitutio, conciderat penè ſalutarium rerum uſus, nulla ferè Cleri diſciplina, quaſique nullum populi in Charitatis officiis ſtudium: prolapſus deniique miſerabilem in modum erat totus ille ab Evangelii luce dimanans Chriſtianarum virtutum ornatus. (d) Vidimus nos, vidimus Provinciæ noſtræ faciem deformatam, nec planè collachrymabili illo Templi Hieroſolymitani aſpectu diſſimilem". (e) Quin & Eccleſiam ipſam cum Noſocomio ac valetudinario confert, in quo vis infinita languentium jaceat; omnemque omnium vitiorum penes Chriſtianos licentiam ita effuſam, & in flagitioſis actionibus (f) eos uſque adeò inſanire,

(a) *Orat. habita in Conc. Mediol.* 1.

(b) *Ibidem*

(c) *Orat. in Conc.* 4.

(d) *Orat. in Conc.* 5.

(e) *Orat: in Conc.* 6.

(f) *Ibidem*

Digitized by Google

„ inſanire, ait, ut in tanta peccatorum,
„ quæ indè exiſtunt, colluvione, ne
„ culpam quidem agnoſcant".

Verùm, quid remedii tanto malo? (g) "Morum diſciplinam facilè reſtituemus, „ inquit, ſi qua ratione, quibuſve factis „ primùm conſtituta diuque conſervata „ eſt, eandem nos in reſtituenda adhi„ bebimus. (h) Patres imitari oportet. (i) Non adumbratam quamdam, ſed ex„ preſſam illam Chriſtianæ diſciplinæ „ formam, afflante Spiritu ſancto decre„ tis noſtris reſtituere curemus, quam „ naſcente Eccleſia inſtituit vivus ſermo „ Dei & efficax. (k) Si quæ oves imputrâ „ vitiorum labe extabeſcunt, ſalis acrimoniâ ſanandæ ſunt".

(g) *Orat. in Conc. 1.*

(h) *Orat. in Conc. 2.*

(i) *Ibidem*

(k) *Ibidem*

Deîn modum præſcribit & intentionis rectitudinem, quibus ſpiritualis illa curatio ritè & efficaciter fiat. (l) "In cu„ ratione ſpirituali plurimùm valet ut „ ne Mundi prudentiæ, neque noſtræ, „ innitamur. Prudentia Carnis mors eſt; „ prudentia Mundi cæca & fallax: at „ prudentia Spiritûs vita & pax. Quæ „ Chriſti ſunt, Chriſti Spiritu agamus: „ Ab illo pendeamus, non Vulgi judicio, „ non populari plauſu, non privatis ra„ tionibus curæ noſtræ partes commen„ tiamur. Hoc ſanè eſt Apoſtolos, quos

(l) *Orat. in Conc. 6.*

„ miſit Deus infirmos ſanare; ſalutariter
„ imitari, hoc planè Evangelii Leges
„ ſervare, hoc ipſum gerere, hoc ſalutares curationes adhibere".

(m) *Orat. in Conc. 2.*

(m) "Oportet igitur nos depoſitis cu-
„ piditatum noſtrarum perturbationibus,
„ oculiſque mentis in Cælum conje-
„ ctis, non utilitates noſtras, non com-
„ moda, non Hominum honores ſpecte-
„ mus, non rebus noſtris, non popularibus
„ ſtudiis, non laudi, non gloriæ noſtræ;
„ ſed Chriſto ſerviamus, cui omnem glo-
„ riam, omnem laudem, omnem honorem
„ debemus. Neque enim eſt cur aut nobis
„ ipſis, aut Hominibus placeamus, ſi qui-
„ dem quis indè fructus, ſi nos ipſos
„ amantes, animæ noſtræ jacturam facia-
„ mus? Ecquæ utilitas nobis exiſtet, ſi
„ iram Dei in nos concitantes, Hominum
„ benevolentiam, populari quâdam in-
dulgentiâ conciliemus"?

Mox ad populum ſum converſus, juxtà Propheticum monitum Ezech. 33. inſonat buccinâ, gladium venientem, & latentem hoſtem in blandis Medicis, laxiſque Confeſſariis denuntiat, qui vulnera Conſcientiarum non ex præſcripto Canonum curant, ſed ad corruptæ Naturæ pruritum demulcent.

(n) *Orat. in Conc. 6.*

(n) "Quàm inanes, ait, & penè nefa-

ria

„ riæ illæ voces Hominum, qui populum
„ noſtrum decipiunt, dicentes: Pax, &
„ non eſt Pax. Quàm imperitè hoc ja-
„ ctitant? Quam iniquo etiam animo
„ ſunt iſti, qui curant contritionem
„ filiæ Populi mei cùm ignominia, di-
„ centes": Pax, Pax, & non eſt Pax: "An
„ ubi malorum lues, Pacis, Concordiæ
„ & bonorum ſtatus? An ubi variæ mor-
„ borum ſpecies, recta valetudo? An
„ ubi adhuc morum corruptelæ, diſci-
„ plinæ Chriſtianæ perfectio? Attendite
„ quæſo qui iſti Homines ſunt cùm talia
„ dictitent'': *Liniunt parietem luto
abſque paleis, abſque temperamento;
vident viſionem Pacis, & non eſt Pax.*

" Longè abſint à nobis voces iſtorum,
„ qui conſuunt pulvillos ſub omni cubi-
„ tu manus, &c. Næ iſti his adulatio-
„ num vocibus, vocumque blanditiis,
„ cùm nos fallere ſtudent, tùm iſtis
„ etiam illecebris Populos noſtros de-
„ cipiunt; dicunt enim: bonum, malum;
„ & malum, bonum. O popule meus!
„ quis poterit omnia mala, quæ te undi-
„ que premunt, enumerando percenſere?
„ Audent tamen iſti à ſalutis via te
„ adulationibus longiùs abducere? Po-
„ pule meus! qui te in tanta malorum
„ colluvione beatum dicunt, ipſi te de-

 cipiunt;

„ cipiunt , & viam greſſuum tuorum diſsipant".

Sic , ſic Præſul ille ſanctiſſimus, & antiquis Patribus meritò connumerandus, in Pœnitentiæ ac Diſciplinæ totius ratione, nihil aliud niſi " Sancti Spiri„ tus doctrinam, Apoſtolorum Inſtituta, Exempla Patrum , Leges Canonum" ſpectare ſe, ac porrò ſpectanda profitebatur ; " idque veterem Eccleſiæ uſum, „ in omnes partes utilem, ac Tridentinas ſanctiones à ſe poſtulare" confirmabat. Sic præſentem Eccleſiæ ægritudinem , morum ſcabiem , & conſcientiarum vulnera "hoc unico remedio curanda" proclamabat, " quo olim Diſcipli„ na Chriſtiana ſata & propagata fuit". Quis ergo dubitet num expediat etiam hodie , exundanti vitiorum colluvio , Canonum Pœnitentialium ſaltem umbram objicere ? Quis etiamnum illos publicæ conſuetudinis violatæ,perturbatorumque animorum reos peraget, qui veterum & recentiorum Conciliorum ac Patrum veſtigiis inſiſtunt ?

Eodem Spiritu animatus , primævam quòque Pœnitentiæ diſciplinam reſtaurare & inculcare ſtudebat BORROMÆO coævus S. FRANCISCUS XAVERIUS, Indiarum

ille

illo Apoſtolus. Hinc referente TURSELINO in vita ipſius lib. 6.c.17.
„ Confeſſarios magnoperè hortabatur,
„ ut in Confeſſionibus audiendis, animorum
„ ſanandorum cupidine accenſi, comiter
„ benignèque Confitentes exciperent:
„ quo ſpiritualium Medicorum
„ lenitas eos pelliceret ad omnia conſcientiæ
„ ſuæ vulnera haud cunctanter
„ aperienda. Si quandò locupletes atque
„ opulenti Negotiatores, Magiſtratus,
„ aut Præſides, vitæ ſolutioris, ad Confeſſionem
„ accederent, antè omnia cenſebat
„ eos ſedulò admonendos, ut
„ ſumpto ſpatio bidui triduive, intentiùs
„ in anteactam vitam ſuam inquirentes,
„ delicta omnia (ſi diffiderent memoriæ)
„ mandarent litteris, dolorisque ſenſum,
„ Contritionemque à Deo ſuppliciter
peterent". „ Confeſſionibus deindè eorum exceptis,
„ mentes monitis quibuſdam ac
„ remediis curandas. Neque tamen à
„ Confeſſione abſolvendos illicò, ſed
„ poſteàquam ea, quæ deberent, perſolverint.
„ Itaque P. GASPARI BARZÆO
„ de talibus hominibus præcipit
in hunc modum".

„ Confeſſionem non continuò ſequetur
„ Abſolutio, ſed biduum triduumve ida-

bitur

,, bitur eorum pectoribus certarum re-
,, rum Meditatione præparandis, ut in-
,, terim animorum maculas lachrymis,
,, ac voluntariis eluant pœnis. Si quid
,, cui debent, reſtituant: Simultatibus,
,, ſi quas habent, depoſitis, redeant cum
,, inimicis in gratiam: à libidinis con-
,, ſuetudine, cæteriſque, quibus impli-
,, citi ſunt, flagitiis expediantur. Nam-
,, que iſtiuſmodi homines in ipſa Con-
,, feſſione promittunt ſe cuncta facturos;
,, poſt Abſolutionem, fidei datæ imme-
,, mores, promiſſa irrita cadere patiun-
,, tur. Proindè elaborandum eſt, ut hi
,, abſolvendi repræſentent, quod præſta-
re debent abſoluti.

"Confitentibus porrò", pergit TURSELINUS, " non feſtinatam ſed dili-
,, gentem navandam operam cenſebat,
,, monens ut præoptarent Confeſſiones
,, paucas ritè factas audire, quàm multas
,, temerè properatas. Quî enim confi-
,, tentes intentiùs excuti poſſe? Quî
,, eorum odiis, fraudibus, vitiis adhiberi
,, remedia, niſi per otium curarentur?
,, An verò dubium eſſe, quin Confeſſio
,, una rectè inſtituta, multis curſim pe-
ractis præferenda ſit"?

Eâdem illâ tempeſtate S. THOMAS à VILLA NOVA, Archiepiſcopus Va-
lentinus

lentinus, faciem Eccleſiæ intuens, dejectam Pœnitentiæ Canonicæ diſciplinam, & perniciosam nimis Confeſſariorum indulgentiam, amaris lacrymis lugebat, & acerbis verbis perſequebatur: ſatis innuens, quantis votis exactiorem normam optaret; tametſi corruptiſſimi iſtius ſæculi pravitas, & Chriſtianorum durities, ipſum cogeret toleratæ in Eccleſia conniventiæ, pro majori bono, nonnihil ſeſe attemperare.

Siquidem ut oſtendat non eſſe Abſolvendum peccatorem in ſepulchro vitiorum jacentem, utitur exemplo Chriſti Lazarum ſuſcitantis, Conc. in Feria 6. poſt Dom. 4. Quadrag. & addit: "Non „ſuſcitat à ſepulchro Medicus, ſed Deus; „ſed quem ſuſcitat Deus, hunc ſolvit „Medicus. Priùs ergo vadat, & Con„cubinam à domo expellat, pecuniam „alienam reſtituat, &c. Et tunc ad „Confeſſarium redeat, & abſolvatur. „Hic rectus eſt ordo, hic in Lazari „ſuſcitatione à Domino ſervatus eſt, „hunc ordinem ne transgrediaris. O Medice, cur fœtentem ſolvis"?

" Cur indigno veniam promittis? cur, „cui Abſolutionis beneficium exhibeas, „non diſcernis? duas tibi claves Do„minus dedit, unam diſcernendi, alte-

ram

„ram judicandi; abſolvendi ſcilicet &
„ligandi: & tu ſine diſcretionis ex-
„amine neminem ligas, omnes abſolvis:
„ unâ tantum clave, neque integrâ qui-
dem uteris, ſed dimidiatâ”. Heu, heu
ventrem meum doleo, ventrem meum
doleo! in domo Dei horrendum vidi;
Paſtores Domini ſui oves jugulantes.
Medicos populi ſui ægrotos occidentes:
Judices turpibus blandientes: Conſor-
tes flagitia palpantes; cæcos gregem Do-
mini dirigentes. ” An non horrendum
„hoc? Hi ſunt Prophetæ mendaces, in
„quos Dominus per Prophetam invehi-
tur, dicens”; Eo quod deceperint popu-
lum meum dicentes: Pax, Pax, & non eſt
Pax: & ipſe ædificabat parietem; ipſi au-
tem liniebant eum luto abſque paleis Et
infra; væ qui conſuunt pulvillos ſub
omni cubitu manus, & faciunt cervicalia
ſub capite univerſæ ætatis ad capiendas
animas; & cùm caperent animas populi
mei, vivificabant animas eorum: & vio-
labant me ad populum meum, propter
pugillum hordei & fragmen panis, ut
interficerent animas, quæ non moriun-
tur; & vivificarent animas, quæ non vi-
vunt, mentientes populo meo credenti
mendaciis. Et per alium Prophetam
apertiùs; A minore uſquè ad majorem
omnes

omnes avaritiæ ſtudent; à Propheta uſque ad Sacerdotem, cuncti faciunt dolum, & curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes: Pax, Pax, & non erat Pax. Confuſi ſunt quia abominationem fecerunt: quin potiùs, confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt.

O miſeri animarum, non Curatores, „ſed interfectores; non conſultores, „ſed deceptores! quid reſpondebitis „Domino pro grege, quem veſtris blan„ditiis decepiſtis? veſtris conſiliis jugulaſtis"?

"Quid Eccleſiam Domini hodie per„dit niſi Confeſſariorum, & Paſtorum „blandiens adulatio? Deliniens demul„cenſque aſſentatio? Væ miſeris, non „ægritudinem, ſed contritionem ac „confuſionem peccatorum curant, quam „augere debuiſſent, promittentes pacem „quibus non eſt Pax, & veniam, quibus æterna damnatio parata eſt". Parum eſt „(inquit) nimirùm humanum eſt pec„care; quis eſt homo qui non peccat? „facilis eſt venia, ne triſteris, ne doleas, „confeſſus es, abſolutus es, ſufficit tibi „ad ſalutem: vive lætus, Domini Sa„cramenta ſuſcepiſti, ſine dubio ſalvaberis..." Sic animas mortuas & ſecuras à

ſuis

,, ſuis pedibus mittunt, tantò miſerio-
,, res, quantò ſecuriores: vulnera li-
,, niunt, vermen conſcientiæ extinguunt,
,, ſtimulum peccati auferunt, & ſecuros
,, peccatores ad inferna dimittunt; qui
,, ſi timorem populo incuterent, forſitan
,, illum à vitiis revocaſſent. Cui com-
,, parabimus adulatores iſtos, aut cui
,, aſſimilabimus eos? Similes ſunt pro-
,, fectò hominibus, qui à ripa pereunti-
,, bus in flumine manum porrigunt, &
,, violentia fluminis ipſi cum aliis de-
,, merguntur. Undè aptiſſimè ſequitur
in Propheta": Quamobrem cadent in-
ter ruentes, in tempore viſitationis ſuæ
corruent, dicit Dominus. " Pondere
,, namque peccatorum aſſentatores ſuos
,, poſt ſe peccatores in præcipitia ra-
,, piunt, & ſecum eos ad inferna dedu-
,, cunt. Hæc contra quoſdam Confeſſa-
,, rios noſtri temporis piè impios, & im-
,, piè pios dicta ſint; qui, ne confitentem
,, aliquanti per contriſtent, illum in ſua
,, nequitia manere permittunt. At quan-
,, tò meliùs eſſet, ad modicum contriſta-
re, quàm in æternum damnare"?

Viris iſtis Apoſtolicis non immeritò accedet Apoſtolica Virgo THERESIA, ipſis coëtanea: quæ poſtquam verbis fac-

tiſque

eiſque Pænitentiam ardenter prædicaſſet, jam corporeis nebulis expedita, & æternam veritatem clariùs intuita, atque in hac genuinam cauſam prolapſæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ, ſimulque ruinæ plurimarum animarum; alumnis ſuis in ſpiritu mandavit, "ſtrenuè agerent & decla„ marent adverſus Confeſſiones non ritè „ factas: quippè Diabolum nil ſtudioſiùs „ intendere: imò malas confeſſiones eſſe „ viam, quâ pleraſque Animas in Infer„ num detrudit, dùm medicamentum in toxicum vertit".

Quod ſi Concilia Provincialia & Diœceſana conſulamus, quæ iſto ſæculo decimo ſexto coacta fuère adversùs Hæreſum luem & morum corruptelas; idem ille Spiritus, qui amorem veræ Pœnitentiæ continuò Eccleſiæ catholicæ infundit; ſeveram illius diſciplinam, quaſi poſtliminio regreſſam enixim per illa ex-petit.

Sic imprimis Synodus Auguſtana, celebrata anno 1548. ſub OTTHONE Epiſcopo S. R. E. Cardinale TT. Sanctæ BALBINÆ, poſtquam plures caſus retulit, non modò atrocium & publicorum criminum, verùm etiam vulgarium ac ſecrotorum, ut Ebrioſitatis, Furti, falſi Ponderis ac Menſuræ, Maledi-

centiæ,

centiæ, inimicitiæ &c. In quibus jubet S. Communionem negari, aut ſaltem ad tempus differri, donec Pœnitentia ex Canonum præſcripto peracta fuerit: Canonum Pœnitentialium notitiam, & quoad fieri poteſt, obſervantiam ſedulò commendat, his verbis:

„ Catholicæ Eccleſiæ pientiſſimæ
„ Matris lenitas, de rigore Pœnarum
„ Canonicarum, de quibus Canones
„ Pœnitentiales extant, tantum remi-
„ ſit, populuſque ſibi ex ea clementia
„ permiſit tantum, ut difficile ſit eas le-
„ ges hoc tempore in uſum Eccleſiaſti-
„ cum revocare. Nam cùm Chriſtiano-
„ rum licentia in peccando creviſſet, ſæ-
„ pèque anni Pœnitentiales ex iis Cano-
„ nibus numerum ingentem, Pœnitentiſ-
„ que vitam etiam longiſſimam exceden-
„ tem conficerent, aut ſenio morbiſque
„ gravati ſatisfacere nequirent; factum
„ deinceps fuit, ut illæ pœnæ ex cle-
„ mentiſſimæ Matris Eccleſiæ Indulgen-
„ tia, & Theſauri meritorum Chriſti &
„ Martyrum diſpenſatione, in Eleëmo-
„ ſynas, Orationes, ſacrorum locorum
„ Viſitationes, aliave Chriſtiani Homi-
„ nis exercitia commutarentur. Quo-
„ niam igitur & pœnarum uſus exolevit,
„ & Indulgentiæ hujuſmodi Hæretico-

rum

„ rum culpâ apud pleroſque contempti
„ ſunt; Parochis noſtræ Diœceſis injungimus atque mandamus, ut confitentes
„ harum Pœnarum ſaltem admoneant,
„ judiciumque veteris Eccleſiæ circa
„ eas explicent; & peſtilentem illam
„ opinionem, quâ perſuaſum plerique
„ habent, Hominem peccati actualis
„ pœnam divinæ Juſtitiæ non debere,
„ ex animis Pœnitentium evellant, at-
„ que Pœnitentialium Canonum ſeve-
„ ritatem pro recepta poſterioris ætatis
„ conſuetudine, Orationibus, Eleëmo-
„ ſynis, Jejuniis, aliiſque id genus pie-
„ tatis operibus, pro Satisfactione pœ-
„ narum injunctis, mitigent, prudenti-
„ que judicio pro lepræ qualitate, Pœ-
„ nitentiſque viribus, facultate & affe-
„ ctibus expenſis, ſimul & medicinam
„ animæ ulceribus adhibeant, & pœnas
„ delinquentibus infligant".

Anno ſequenti, ſcilicet 1549. coacta fuit Synodus Provincialis Moguntina ſub SEBASTIANO Archiepiſcopo, qui etiam interfuit Seſſioni 14. Conc Tridentini, in quâ ſpecialiter de Pœnitentia tractatum, & quem proindè ejuſdem Concilii mens non latuit. Hic, referente Cardinale GROPPERO infrà citando, Pœnitentiam publicam ſecundùm Canones

nones Eccleſiæ ſuo tempore in praxim reduxit. Deindè in Inſtitutione chriſtiana, quam dicta Synodus componi & edi curavit, hæc leguntur ſub titulo, De Satisfactione.

" Longum eſſet veterem Eccleſiæ diſ-
„ ciplinam circà Satisfactiones eorum
„ qui delinquerunt, per omnium Or-
„ thodoxorum teſtimonia demonſtrare;
„ quam ſeveriſſimam fuiſſe, Tertullia-
„ nus de Pœnitentia, Cyprianus de
„ lapſis; Hieronymus in Fabiolæ Pœ-
„ nitentia, & Caput trigeſimum quin-
„ tum Hiſtoriæ Tripartitæ, ſimul etiam
„ multi in hanc rem multorum Canones
„ editi, ſatis oſtendunt. Itaque pudet
„ dicere pigetque meminiſſe, quantum à
„ vigore & ſeveritate antiquæ illius diſ-
„ ciplinæ noſtri ſæculi mores defluxerint.
„ Multus olim labor Orthodoxos Patres
„ exercuit, dùm illis reſiſtunt, qui poſt
„ Baptiſmum delinquentibus, vel prorsùs
„ non dandam, vel ſaltem in quibuſdam
„ gravioribus delictis, non admitten-
„ dam Pœnitentiam æſtimabant. Nunc
„ verò Chriſtiani vulgò ad ſperandam
„ veniam tam proni ſumus, ut pro de-
„ lendis peccatis vix gemitu opus eſſe
„ cenſeamus. Nec deſunt, qui hanc vulgi
„ negligentiam blandis, ſed pernicioſis

ſermo

„ ſermonibus foveant, ad quantumvis
„ levem de Dei miſericordia confiden-
„ tiam, omnium delictorum veniam, &
„ & tàm culpæ, quàm pœnæ omnis con-
„ donationem pollicentes. In quos il-
lud Cypriani aptè torqueri poteſt”.
Emerſit Dilectiſſimi (inquit) novum
genus cladis, & ſub titulo miſericor-
diæ, fallens malum & blanda pernicies.
Contrà Evangelii vigorem, contrà Do-
mini & Dei legem, temeritate quorum-
dam laxatur incautis communicatio; Ir-
rita & falſa Pax, periculoſa dantibus,
nec accipientibus profutura: non con-
cedit pacem facultas iſta, ſed tollit.
Tentatio eſt hæc, per quam ſubtilis Ini-
micus impugnandis adhuc Lapſis occultâ
populatione graſſatur, ut lamentatio
conquieſcat, ut dolor ſileat, ut delicti
memoria vaneſcat, comprimatur pecca-
torum gemitus, ſtatuatur fletus oculo-
rum, ne Dominum graviter offenſum
longâ & plenâ pœnitentiâ deprecemur:
cum ſcriptum ſit; memento undè ceci-
deris, & age pœnitentiam. Hæc contrà
ſui temporis Epiſcopos quoſdam Cy-
prianus queritur: quorum ſimiles mul-
tos tulit ætas noſtra, qui conſuunt Pul-
villos ſub omni cubito, & faciunt cer-
vicalia ſub capite univerſæ ætatis, ad

capiendas Animas: "qui contrà Evan-
„ gelii vigorem veniæ facilitatem pro-
„ mittentes, malitiam hominum in im-
menſum augent. Nimirùm iſta Diaboli
„ eſt nociva perſecutio ſub falſa ſecuri-
„ tate incautas animas ad certum inte-
„ ritum venantis. Dùm enim ſpe fa-
„ cilis veniæ nihil metuitur, ſcelera
„ ſceleribus cumulantur, quæ, dùm ſub
„ hac ſecuritate, ſine omni caſtigatione
„ propriâ tranſmittimus, nobis ipſis te-
„ merè indulgentes, contrà nos divi-
„ nam vindictam irritamus, conteſtan-
te Apoſtolo, & dicente;" Si nos ipſos
dijudicaremus, non utique judicaremur.
" Olim, qui deliquerant, ad Com-
„ munionem non recipiebantur, ante-
„ quam plenâ pœnitentiâ pro delicto-
„ rum qualitate ſatisfeciſſent, niſi aut
„ mors urgeret, aut alia ingens neceſ-
„ ſitas cogeret reconciliationem accele-
„ rare: quo tamen caſu adjiciebatur
„ conditio, ut ſi Domini gratia conva-
„ luiſſent, pro peccati menſura Cano-
„ nicam Satisfactionem adimplerent.
„ Eamque publicam injungebant, non
„ pro manifeſtis tantùm, ſed etiam
„ pro occultis delictis gravioribus. Quam
„ ſeveritatem cùm ſemper in pejus ver-
„ gentes hominum mores non ferrent,
hodie

„ hodie res ad multò majorem lenita-
„ tem redacta eſt. Nam hodie ante Ab-
„ ſolutionem imponitur quædam Satis-
„ factio pro delictis, ſed demùm poſt
„ reconciliationem implenda. Nec alia
„ hodie ferè quam privata Satisfactio
„ agitur. Interim apud paucas Eccle-
„ ſias Cathedrales hic mos remanſit, ut
„ pro manifeſtis & atrociſſimis crimini-
„ bus Satisfactio publica ab eo, qui ſic
„ deliquit, recipiatur, priuſquam illi
„ reditus ad Communionem pateat.
„ Quod autem ad delicta occulta atti-
„ net; talem moderationem jubent Ec-
„ cleſiaſticæ leges, hodie ne cuiquam
„ invito publica Pœnitentia pro pecca-
„ to occulto, quantumvis atroci, impo-
„ natur; neve pro privata Satisfactione
„ talis caſtigatio adhibeatur, undè
„ is, qui occultum crimen confeſſus eſt,
„ per ſatisfactionis ſigna prodatur. Quâ
„ tamen Eccleſiæ lenitate non contenti
„ improbi mores hujus ſæculi, majorem
„ inſuper facilitatem ſibi uſurpant. Non
„ enim in occultis ſolùm, verùm etiam
„ in publicis delictis nemo ferè quiſ-
„ quam aliam quam privatam Pœniten-
„ tiam imponi ſibi ſuſtinet; eamque
„ tantâ negligentiâ imponunt Sacerdo-
„ tes, tantâ levitate & contemptu ſuſ-

Digitized by Google

„ cipiunt & gerunt Laici, ut quidquid
„ nunc in Eccleſia Pœnitentiæ vice
„ agitur, ludus jocuſque, non pro de-
„ lictis Satisfactio, videri poſſit."

Plura alia Concilia eodem ſæculo collecta, Pœnitentiam publicam pro publicis ſaltem criminibus reſtituendam ſeriò commendarunt ac decreverunt. Inter quæ Concilium Provinciale Colonienſe, habitum anno 1536. ſub HERMANNO Archiepiſcopo, de adminiſtratione Sacramentorum, cap. 38. hæc habet: "In publicis criminibus quemadmodum neceſſe eſt, ità jubemus ad Canones antiquos publicæ Pœnitentiæ, atque adeò ad Chriſti & ſui Diſcipuli Pauli inſtitutum reverti".

Et meritò notanda quæ docentur in Enchiridio Chriſtianæ Inſtitutionis, juſſu ejuſdem Concilii edito, ſub titulo, De Satisfactione: cui operi Card. Gropperus, vir ille doctiſſimus, plurimùm allaboravit.

" Non ignoramus apud veteres Satis-
„ factionem publicam, & frequentio-
„ rem & Patribus gratiorem fuiſſe
„ quàm privatam, quòd interna Satis-
„ factio non facilè innoteſceret Eccleſiæ
„ Præpoſitis. Proindèque eandem im-
„ poſitam, etiam iis qui ſecretò eſſent

majora

,, majora crimina confeſſi, quemadmo-
,, dum SOZOMENES in Tripartita
,, teſtatur Hiſtoria, & nos ſuprà dixi-
,, mus. At planè abſurdum nobis appa-
,, ret, ob id quod Eccleſia indulgentiùs
,, agens, ſeveritatem illam publicæ Sa-
,, tisfactionis remiſerit, idcircò etiam
,, omnem Satisfactionem jam prorsùs
,, planè abolitam eſſe oportere. Nam ſi
,, Sacerdos ſpiritualis Medicus cenſendus
,, eſt, ſi apta remedia pro modo & con-
,, ditione cujuſque morbi adhibere, ſi
,, inter ſolvendos & ligandos diſcernere
,, debet, idque ex mandato Dei: planè
,, deſipit qui putat eum debere Pœni-
,, tenti, nullâ prorſus impoſitâ Satis-
,, factione, præpropere manum impone-
,, re. Potiùs docendum erat, quod hu-
,, jus tempeſtatis omnium ſcelerum lue
,, corruptiſſimæ ratio quàm maximè
,, poſtulabat, ut ad præſcripta Patrum
(quoad fieri poſſit) regredi annitere-
,, mur, quàm ut magis adhuc laxatis
,, habenis Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ex
,, Pœnitentia rem planè ridiculam face-
,, remus. Certè jucundum eſt videre
,, quàm fuerint Patres in remediis iſtis
,, imponendis ſolliciti, prudentes ac diſ-
,, creti. Non uno collyrio omnium ocu-
,, los ſanabant, non eâdem ſeveritate

,, quælibet crimina expurganda puta-
,, runt, non eadem tempora pœnitendi
,, qubuſlibet ſtatuebant, non omnes qui
,, pœnitentiam recipiebant, in unam
,, claſſem relegabant, non eâdem indul-
,, gentiâ in tempore Pœnitentiæ impoſi-
,, tæ moderando ergà quoſlibet, citrà om-
,, ne diſcrimen affectûs Pœnitentium
,, utebantur; ſed graviora crimina acer-
,, biori, duriori, diuturniori; leviora
,, verò mitiori ac breviori Pœnitentiâ
,, vindicabant. Refrigeſcente quoque
,, ſubindè Charitate, conſtitutus eſt mo-
,, dus redimendi rigorem Canonis Pœ-
,, nitentialis; nempè ut Jejunium redi-
,, meretur Eleëmoſynâ aut Oratione,
,, quemadmodùm Libri vetuſtiſſimi Ca-
,, nonum Pœnitentialium, qui apud nos
,, ſervantur, declarant; quæ eſt radix
,, Indulgentiarum Pontificiarum, quæ
,, nihil aliud ſunt, quàm Canonicarum
,, Satisfactionum condonationes ac re-
,, demptiones, illis temporibus magis
,, congruentes, cùm adhuc Pœnitentiæ
,, illæ Canonicæ in Eccleſiâ uſitatiores
,, eſſent. Atque utinam ejuſmodi In-
,, dulgentiis non fuiſſent abuſi, qui eas
,, diſpenſandas receperant. Iam eò de-
,, ventum eſt, ut vix ullus ſit Confeſſa-
,, rius Sacerdos, qui veterum Canonum
ullam

„ illam notitiam habeat: multò minùs
„ ad earum normam Satisfactionis mo-
„ dum imponat; nimirùm hominum
„ malitiâ veterem ſeveritatem non ſuſti-
„ nente, ſed magis in omnem licentiam
„ ruente: ut autem ſeveritatem illam
„ non revocemus in uſum (quod nec no-
„ ſtrum eſt, nec an expediat, ſatis com-
„ pertum habemus) hoc tamen à Sa-
„ cerdotibus Confeſſariis requirimus, ut
„ diligenter conſideratâ morbi radice,
„ idoneum adhibeant medicamentum,
„ vel indictionis Iejunii, vel Eleëmoſy-
„ næ, vel Orationis &c. Quod ſi fece-
„ rint illi, & viciſſim Pœnitentes in
„ ſimplicitate cordis verbo Sacerdotis,
„ vice Chriſti fungentis, obedierint;
„ non dubium, opus eorum futurum Deo
„ pergratum; tum quod ſit ſuâpte na-
„ turâ pium, tùm quod habeat obedi-
„ entiam (quæ omnium virtutum mater
„ & fons eſt) ſibi conjunctam. Undè
„ quoque conſequitur, eos non ſatis ſibi
„ conſtare, qui putant ſolâ Pœnitentiâ
„ pœnas temporales mitigari, his verò
„ Satisfactionibus Eccleſiaſticis nequa-
„ quam: quaſi hæc nullam reſipiant
„ pietatem, cum alioqui pietatis plenæ
„ ſint, ſi tamen per expertum Magiſ-
„ trum adhibeantur.

Quis vel hinc non videat quantùm Eccleſiæ Patres, iſto etiam poſtremo ſæculo, indoluerint, non ſolùm obſoletos, verùm etiam memoriâ fermè abolitos Canones Pœnitentiales? Quantùm exoptaverint eorum ut minùs ſpeciem reviviſci? Quantùm inculcaverint, urſerint, mandaverint Confeſſariis, ut aliquid ſaltem ſeveritatis priſtinæ reſumerent, ne irrepta lenitas adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ, "Rem „ planè rediculam faceret; & quidquid „ nunc in Eccleſia Pœnitentiæ vice „ agitur, ludus, jocuſque, non pro deli„ ctis Satisfactio, videatur: Ne ſub „ falſa ſecuritate, incautæ animæ ad „ certum interitum venanti Diabolo „ tradantur: & ſcelera ſceleribus cumu„ lando, divina Vindicta irritetur", eaque in Confeſſarii pariter ac Pœnitentis caput provocetur.

Quid hac de re in Italia ſenſerint Concilia Provincialia Mediolanenſia, quæ ſubſequentibus annis convocavit S. CAROLUS BORROMÆUS, abundè teſtatur Spiritus hujus Sancti, qui iſtorum Anima fuit. In Germania inferiori, Synodus Provincialis Mechlinienſis, habita anno 1570. De Sacramentis, cap. 6. "Meminerint Epiſcopi (inquit) ut

„ ut in notoriis criminibus pro tempo-
„ tum, & Perſonarum qualitate, publi-
„ cam Pœnitentiam in uſum revocent". Idem decrevit Cameracenſis 1604. ſub Guilielmo de Berges Tit. 5. de Sacr. admin.

In Galliis Synodus Bituricenſis anni 1584. hoc ipſum edicit, nec ferendum cenſet, qui contrà ſentiat. "Nemo (in-
„ quit) Pœnitentiam publicam peccato
„ publico, quod Chriſtianorum oculos
„ maximè offendit, injungendam neget, Tit. 21. cap. 2". Deindè cap. 9. Canonum Pœnitentialium notitiam & obſervantiam commendans, ſubjungit; " Sacerdotes Canones Pœnitentiales
„ diſcant, ut modum & rationem Pœnitentiæ meliùs intelligant".

Sed de his audiendus Ioannes Gropperus, Eccleſiæ Colonienſis decus & ornamentum, Fidei Catholicæ & Eccleſiaſticæ diſciplinæ, adverſus Hæreſes & corruptos iſtius ſæculi mores acerrimus propugnator, quem propterea Paulus IV. abſentem, nec quidquam minus cogitantem, imò & invitum, ut quidam ſcribunt, (raro exemplo) in ſacrum S. R. E. Cardinalium Collegium cooptavit. Hic, in Inſtitutione Catholica à ſe compoſitâ, de Pœnitentiæ neceſſita-

te & antiquo illius uſu, à Paſtoribus, pro virili, reſtituendo, tam egregiè diſſerit, ut injuriam Lecto i me facturum exiſtimarem, ſi (quandoquidem Liber ille minùs obvius modò ſit) præcipua ſaltem illius capita, hìc pro coronide non exiberem.

Poſtquam Pœnitentiæ publicæ exercitium variis Scripturæ S. teſtimoniis & exemplis demonſtravit, ejuſque vim explicavit, probavitque " eam olim e„ tiam pro occultis criminibus dari & accipi ſolitam"; Proſequitur & oſtendit. SOLA VEL INCURIA, VEL INSCITIA PRÆSULUM ECCLESIÆ, PUBLICAM PÆNITENTIAM JAM PÆNE ABOLITAM ESSE.

" Ex prædictis (inquit) manifeſtè „ liquet, Pœnitentiam publicam (quam „ publicorum criminum expiatio requi„ rit) non aliâ ratione quàm inexcuſa„ bili prorsùs negligentiâ aut imperitiâ „ Sacerdotum, in Latina Ecclesia, jam „ in totum pænè exoleviſſe : Requirere „ verò vigorem Evangelicum ut præ„ ſentium Præſulum induſtriâ ac vigi„ lantiâ, ea in Eccleſiam reducatur, „ veluti res ſummè neceſſaria, præſer„ tim hoc deploratiſſimo tempore, quandò

omne

„ omne flagitiorum genus, ita ubique „ ſine pudore inundat, ut flagitia vix „ jam pro flagitiis habeantur. Veſti„ gium tantùm ejus, ſed admodùm te„ nue, quod tamen pauci, quò ſpectet, „ intelligunt, hucuſquè remanſit: nem„ pè quod adhuc numerantur Caſus (ut „ vocant) reſervati Epiſcopis; quorum nimirùm hæc eſt origo".

" Nam ita habet ſecundùm veteres „ Canones, quod ſolis Epiſcopis licet „ Pœnitentes in publica Miſſa reconci„ liare vel benedicere; Sacerdotibus au„ tem non licet, niſi tamen periclitare„ tur Pœnitens, quandò demùm licet, „ conſulto tamen Epiſcopo, modò con„ ſuli poſſit: quæ tamen Sacerdotis re„ conciliatio, ſi Pœnitens ſuperſtes „ permaneat, Epiſcopali reconci„ liationi nihil præjudicat, quò minùs „ eam adhuc poſt Pœnitentiam, à recon„ valeſcentia peragendam, requirere ab „ Epiſcopo oportet. Quos Canones de „ publica Pœnitentia loqui non dubium „ eſt, quando alii Canones occultorum „ criminum, tametſi gravium, aliam eſſe „ rationem affirment; nempè poſſe „ Presbyteros de occultis peccatis, juſ„ ſione Epiſcopi, reconciliare Pœniten„ tes infirmantes, abſolvere & commu-

 nicare

„ nicare. Quandò igitur rudioribus
„ Presbyteris olim ea ſæpè dubitatio
„ incidebat, quænam inter publica de-
„ licta, eſſent tam gravia cenſenda, ut
„ publicam Pœnitentiam & Epiſcopa-
„ lem reconciliationem poſcerent; fac-
„ tum eſt Epiſcoporum providentiâ, ut
„ ea crimina in Catalogum quemdam
„ redigerentur, ut ſcirent Præsbyteri,
„ quibus delictis publicis, ipſi mederi
„ poſſent, & quæ ad ſuos Epiſcopos Pœ-
„ nitentiâ publicâ caſtiganda remittere
deberent".

Numerantur autem Caſus Epiſco-
pales hi præcipuè Apoſtaſia, (quæ eſt
manifeſta à Fide defectio) Hæreſis,
ſchiſmatica Pravitas, Sortilegium, Ve-
neficium, Simonia, gravis Blaſphemia,
Perjurium, ſolemnis voti factæque fidei
violatio, violentia manuum in Parentes
vel Clericos injectio, Parricidium, Ho-
micidium, Peccatum contra naturam,
ſtuprum Virgini illatum, conſtupratio
Sanctimonialis, Incæſtus, adulterium.

"Hæc ſi fuiſſent publicè commiſſa,
„ publicam Pœnitentiam merebantur,
„ quam nemo alius relaxabat, datâ re-
„ conciliatione publicâ, quàm ſolus Epiſ-
„ copus; & propterea vocabantur, Caſus
„ reſervati Epiſcopis. Sin occultè ad-
miſſa

„ miſſa fuiſſent, relaxari poterant per
„ Præsbyteros, ſed juſſione Epiſcopi;
„ quòd horum etiam occultè commiſſo-
„ rum enormitas, in modo Pœnitentiæ
„ quamvis ſecretè præfigendo, induſ-
„ triam non modicam requirere videre-
tur”.

” Non igitur hoc mihi improbatur,
„ quòd Epiſcopi præſenti tempore in his
„ Caſibus, ſi occulta ſint crimina, faciant
„ Præsbyteris Pœnitentiam dandi & ab-
„ ſolvendi poteſtatem. Sed quod ſimul
„ illis poteſtatem faciunt, in ejuſmodi
„ Caſibus, cùm crimina iſta manifeſtè
„ commiſſa ſunt, reconciliandi flagitio-
„ ſos, antè publicam Pœnitentiã factam;
„ id an ſecundùm veterem Canonum,
„ atque adeò juris divini Sententiam
„ faciant, aliorum eſto judicium. Certè
„ eo ipſo (ſi quid tamen ipſe intelligo)
„ publicæ Pœnitentiæ vigor aboletur,
„ publicèque peccantibus hinc adeò non
„ conſulitur, ut magis incommodetur”.

” In ſumma hoc conſtat, non relaxari
„ ritè per Sacerdotes in Eccleſia, gravia à
„ Baptiſmo commiſſa crimina, niſi factâ
„ Exomolegeſi, & peractâ publicâ ſi pu-
„ blica ſint crimina; vel privatâ, ſi ſecreta
„ ſint, Satisfactione, ab ipſis Sacerdotibus
„ (ea in parte vicem Chriſti gerentibus,

„ eamque virtute divinarum Clavium
ab ipſo Chriſto ſuæ Eccleſiæ relicta-
„ rum, imponentibus) ſuſceptâ. Quod
„ Parabolâ Evangelicâ de Homine deſ-
„ cendente de Hieruſalem in Hiericho,
„ qui incidens in latrones, diſpoliatus, &
„ plagis impoſitis, ſemivivus relictus eſt,
apertiſſimè demonſtratur &c". Et relatâ
atque expoſitâ Parabolâ, concludit Sa-
maritanum, id eſt Chriſtum, Stabulario,
ſive Sacerdoti, committere peccatorem
vulneratum, ſed infuſo Pœnitentiæ in-
terioris vino, oleoque Spei à ſe refocil-
latum atque animarum, dicendo, "Cu-
„ ram illius habe. Quod quid aliud eſt,
(pergit Gropperus) quàm ut peritum
„ ſe Medicum adversùs ægrotum præ-
„ ſtet? Quod videlicet caveat ne vulneri
„ dùm adhuc pus intùs eſt, parcente
„ manu cicatricem obducat; ſed potiùs
„ ſecato ei & aperto, fortiorem Pœni-
„ tentiæ medicinam, dùm omnis putredo
evacuetur, infundat".

" Quid hìc dicent Lutherani, qui hanc
„ tam ſalutarem & neceſſariam curam
ex Eccleſia auferre ſunt moliti? Quo
„ quid aliud effecère, quàm ut ſaucios &
„ ſemivivos, non attrectato vulnere,
„ inani ſpe lactarent, eâque impletos
„ in mortem æternùm duraturam, dum
impœ-

„ impœnitentes manent, nulloſque „ dignos Pœnitentiæ fructus edunt, præcipitarent" ?

Deindè ex Sanctis Patribus fusè probat. " Pœnitentiam publicam pro „ publicis criminibus neceſſariam. „ Nec privata, ſive occulta crimina, „ ſine congruâ ſaltem ſecretâ Satis„ factione dimitti: Ritumque dandæ „ & agendæ publicæ Pœnitentiæ", accuratè ſatis exponit; ac demùm ſubjungit.

" Hæc de ritu dationis publicæ Pœ„ nitentiæ tam latè digeſſi, non quod „ exiſtimem, cùm uſus ejus in Eccleſia „ recipietur, oportere omnia hæc, ut „ olim, ad amuſſim obſervari: cùm nec „ præſens Eccleſiæ facies, quæ paulò „ aliter ſe habet quàm veteris, hoc ad„ mitteret; ſed ut cognito veteris Eccle„ ſiæ more, & intellectis ſacris Canoni„ bus, de hac re loquentibus, excogite„ tur nunc forma aliqua noſtris apta „ temporibus, quæ tamen à veteris Ec„ cleſiæ Sententiâ quàm minimùm (etſi „ aliquantulùm in ritibus, qui aliquandò „ pro tempore, publicâ authoritate intercedente, varientur) diſſentiat".

" Certè publicæ Pœnitentiæ exolu„ tio, pro publicis criminibus, jure di-

„ vino debetur. Verùm indictionis mo-
„ dus & temporum menſura, in pruden-
„ tum Eccleſiæ Præſidum arbitrio ſem-
„ per ſtetit; quibus cùm placuerit de
„ hac re conſtituere, dabit quoque Deus
„ conſilium, ut facilè talis aliqua forma
„ Pœnitentiarum indictionis inveniatur,
„ à noſtris temporibus non prorsùs ab-
horrens".

Ac tandem ut Eccleſiæ Paſtores ad Pœnitentiæ publicæ inſtaurationem, velut unicum graviſſimorum, quibus ætas noſtra affligatur, malorum remedium, horretur; Oſtendit, NON DESPERANDUM DE REDUCTIONE PUBLICÆ PÆNITENTIÆ IN ECCLESIA: hac ratione.

" Sunt qui deſperant Populum hoc
„ tempore ad ſeveras illas publicæ Pœ-
„ nitentiæ leges (quæ Canones Pœni-
„ tentiales dicuntur) poſſe aſtringi &
„ alligari, & proindè de reſtauratione pu-
„ blicæ Pœnitentiæ fruſtra diſputari. Ex-
„ iſtimant enim Populum præſenti ſæcu-
„ lo, & Fide & Charitate nimis langue-
„ re, ut non videatur umquam hunc rigo-
„ rem recepturus. Verùm mihi longè alia
„ mens eſt: equidem, ut quod ſentio,
„ dicam; quo magis Fides Charitaſque

„ in Hominum cordibus reſtixerint, eò ardentiùs Eccleſiarum Præſidibus in-
„ ſtituendum puto, ut publicæ Pœni-
„ tentiæ uſum in Eccleſiam reducant.
„ Nam cùm negari non poſſit, id quod
„ res ipſa loquitur, publicæ Pœnitentiæ
„ neglectis, ſimul omnem diſciplinam
„ (quæ Religionis unicum fulcimen-
„ tum eſt) exoleviſſe, & ejus loco fœ-
„ diſſima ſcandala in Eccleſiam agmi-
„ natim inundaſſe, quæ dant cauſam ho-
„ rum temporum perturbationi: Dicant,
„ oro, iſti tam modicæ Fidei, quânam
„ aliâ putent ratione ſcandala iſta, qui-
„ bus in præſentiarum affligatur Eccle-
„ ſia, è medio umquam tolli, & Religio-
„ nem retineri poſſe, niſi in uſum reſti-
„ tuatur, quod neglectum hactenus,
tantorum eſt unica cauſa malorum".

"Languet quidem (quod dolendum
„ eſt) Populus Fide, & vacat Charita-
„ te: ſed Diſciplina, Authore CY-
„ PRIANO, quem ſupra citavimus,
„ retinaculum Fidei eſt, cuſtos Spei, &
„ nutrimentum Charitatis, quâ in
„ CHRISTO manemus, ac jugiter in
„ Deo vivimus. Igitur ſi languentem
„ Fidem erigere & conſolidare, ſi Cha-
„ ritatis igniculos in hominibus excitare
„ velimus, hoc tantùm reſtat, ut Eccle-

ſiarum

„ ſiarum Præſides Diſciplinam , & in-
„ primis , quæ hujus maxima pars eſt ,
„ Pœnitentiam publicam , reſtituant ,
„ quâ infinita ſcandala tollent è medio ,
„ innumeras Animas , quæ hujus con-
„ temptu nunc , (quod negari non po-
„ teſt) relegantur in Infernum , Chri-
ſto lucri-facient.

„ Poterunt autem Præſides non valdè
„ difficulter reducere eam , modò ta-
„ men ſuo munere graviter ac ſtrenuè
„ perfungi velint. Nam cùm lege divinâ
„ indicata ac demandata ſit , & à tem-
„ poribus Apoſtolorum in veteri Eccle-
„ ſia quàm maximè frequentata , &
„ ferè ad noſtra uſque tempora retenta
„ (quamvis à multis ob craſſam inſci-
„ tiam non ſatis percepta) quid vetat
„ quò minùs id quod olim tamdiu
„ in Eccleſia non ſine maximo fructu
„ uſitatum fuit , & quòd ſacræ Litteræ
„ tantoperè commendant , imò quod
„ Chriſtus & Apoſtoli tam ſeriò præci-
„ piunt , velut poſt liminio quodam in
„ uſum revocetur ? Si quidem cùm nunc
„ omnes Evangelici dici velint , quâ ,
„ rogo , fronte reſpuent Diſciplinam
„ Domini , Præcepta Imperatoris ſui ,
„ Cenſuram divinam , & Evangelii le-
„ gem ? Si quid deſperandum eſt , ma-
gis

Digitized by Google

„ gis à Præſidum ſocordiâ, quàm à Po-
„ pulorum languore (cui mederi Sa-
„ cerdotes debent) deſperandum eſſe
videtur".

"Nathan & Gad Prophetæ victorio-
„ ſiſſimum Regem David; Helias, im-
„ piiſſimum & crudeliſſimum Regem
„ Achab: Jonas, Regem Ninivæ po-
„ tentiſſimum, cum tota Vrbe longè
„ maximâ, in qua erant pluſquam cen-
„ tum viginti millia Hominum: Da-
„ niel, Nabuchodonoſorem totius Or-
„ bis Monarcham, & inter omnes qui
„ illum ſecuti ſunt (ſine controverſia)
„ maximum: Hi, inquam, Viri ſancti
„ Spiritu Dei afflati, quamvis in ho-
„ rum Regum eſſent poteſtate, ad Pœ-
„ nitentiam tamen publicam, eos in-
„ flexerunt. Idem poſt CHRISTUM
„ fecerunt Apoſtoli, quemadmodum de
„ Corinthiis, ad publicam Pœniten-
„ tiam à Paulo converſis, manifeſtum eſt.
„ Quare quid vetat quò minùs idem
„ noſtris temporibus fiat? Numquid ab-
„ breviata eſt manus Domini?

"Cæterùm ne dicas, potuiſſe illos
„ Prophetici ſeu Apoſtolici Spiritûs
„ virtute, quod alii ita efficere non poſ-
„ ſint. En poſt Apoſtolos virum Apo-
„ ſtolicum S. Fabianum, Romanum

Pon-

„ Pontificem & Chriſti Martyrem : an
„ non is Imperatorem Philippum (Ro-
„ manorum Principum , qui Chriſtia-
„ nam fidem amplexi ſunt, primum)
„ cùm jam pridem Chriſtianus effectus
„ eſſet, & communicare vellet Sacris;
„ ob quædam publica, quæ de ipſo fe-
„ rebantur crimina, prohibuit, quoad
„ peccata confeſſus, pro foribus inter
„ Pœnitentes ſtaret! quod Euſebius li-
„ bro ſexto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, etſi
„ Fabiani nomine non expreſſo, factum
„ teſtatur. Et ut ad poſteriora tempora
„ veniamus: an non S. Ambroſius mag-
„ num illum Theodoſium (qui tamen
„ in eum vitæ ac necis poteſtatem ha-
„ bebat) ad publicam Pœnitentiam in
„ conſpectu univerſi populi agendam
„ adegit? an non Maximum Cæſarem
„ à communionis conſortio ſegregavit?
„ admonens ut effuſi ſanguinis Domini
„ ſui (nimirum Gratiani) & quod eſt,
„ graviùs, innocentis, ageret Pœni-
„ tentiam? Quomodò igitur nunc cau-
„ ſari poterunt Eccleſiarum Præſides,
„ ſe ne ſuas quidem plebes (quarum certè
„ magnam partem, tam Eccleſiaſtico,
„ quàm civili jure ſibi ſubjectam ha-
„ bent) eò pietatis adducere poſſe, mo-
„ dò tamen verè eſſe velint, quod au-

diunt?

Digitized by Google

diunt? Imò non habent quod vel ob potentiores è plebe, aut alios Magnates, „ (qui ſolent maximis ſæpè criminibus „ eiſque manifeſtis eſſe obſiti, & ad hoc „ impietatis provecti, ut glorientur in „ malitiis ſuis, & exultent in rebus „ peſſimis) ſe a reductione publicæ „ Pœnitentiæ excuſent, quaſi ſcilicet „ hi non ſint laturi hunc rigorem. Nam „ ſi ipſi duces ſe gregis præberent, & „ poteſtate, quam eis Dominus in ædificationem, & non in deſtructionem, „ dedit, legitimè uterentur, invenirent „ haud dubium adhuc qui ſuæ Paſtorali „ voci obaudirent etiam ex viris Principibus, niſi tamen prorſus ineptus „ cenſendus ſit, qui dixit, ſe non dubitare, quin tales habituri ſimus Principes, qualis fuit Theodoſius, ſi tales „ haberemus Epiſcopos, qualis fuit Ambroſius".

"Sed demus ut inveniantur refractarii: an ob id Sacerdotes ſui muneris, „ quod non humanum ſed prorſus divinum eſt, penitus debebunt obliviſci? „ an clavem ligandi & retinendi in „ terris, quæ ligata & retenta ſunt in „ cælis, à clave ſolvendi atque remittendi divellere, atque adeo penitus „ negligere, ne dicam abjicere, audebunt

„ debunt contra Domini præceptio-
„ nem, qui ſimul tradidit utramque po-
teſtatem''.

„ Deberent ſanè potius quàm ejus
„ aliquid facerent, ſanguinem proprium
„ fundere, Chryſoſtomi conſtantiam
„ imitari, qui Homilia 83. in Mat-
theum ad finem ſic habet". Animam
priùs tradam meam, quàm Dominicum
Corpus alicui indigno: ſanguinemque
meum potius effundi patiar, quàm ſa-
cratiſſimum illum Sanguinem præter-
quam digno concedam. Indigni, "au-
„ tem Chryſoſtomo dicuntur, qui ad-
„ miſſo publico ſcelere, non peractâ
„ Pœnitentiâ ſe ad Communionem in-
gerunt".

"Certè Beatiſſimus Babilas, cujus
„ Martyrii agonem Chryſoſtomus cele-
„ brat, potiùs voluit ſacrum cruorem
„ fundere, quàm Imperatorem impiâ
„ cæde funeſtatum, in templum admit-
„ tere. Nihil nunc de Sanctis Hilario,
„ Baſilio, Lamberto, & Thoma Can-
„ tuarienſe dicam, qui pulcherrima
„ exempla Sacerdotibus omnibus reli-
„ querunt, quamvis non ſit neceſſe,
„ ut ob Pœnitentiæ publicæ reductio-
„ nem, in ea præſentis vitæ pericula
ſe conſtituant Epiſcopi & Presbyteri".

Sed

"Sed objicient: Sunt crimina ob
„ quæ quis, ſi publicam Pœnitentiam
„ ſuſceperit, ſe ſit conjecturus in vitæ
„ periculum, Magiſtratibus civilibus
„ corporali pœnâ ſpiritualem anteverſu-
„ ris. Sed inanis eſt objectio: nam ſi
„ crimina publica ſint, nota utique ſunt
„ Magiſtratui. Quare ſi illa (ut nunc fit)
„ inulta ſinit Magiſtratus, ſine ullius
„ actione Pœnitentiæ, non eſt metus
„ cur viſâ ſceleroſi reſipiſcentiâ, magis
quàm anteà ad vindictam concitetur".

„ Eô rerum venimus, ut plerique
„ Principes, & civiles Magiſtratus nulli
„ ferè quamlibet flagitioſo, modô pe-
„ cuniam numeret, non tantùm vitam
„ indulgeant, ſed & priſtinis officiis &
„ honoribus potiri permittant; nullâ
„ interim indictâ, ne dicam peractâ
„ Pœnitentiâ: Qua in re an non in
„ Legem Domini committant, quâ di-
citur"; Non accipietis pretium ab eo
qui reus eſt ſanguinis, ſtatim & ipſe
morietur: ne polluatis terram habita-
tionis noſtræ, quæ inſontium cruore ma-
culatur, nec aliter expiari poteſt, niſi
per ejus ſanguinem, qui alterius ſangui-
nem fuderit) ipſi viderint.

„ Certè tales ſceleroſi, quamlibet
„ ejuſmodi indulgentiam pretio conſe-
cuti

„ cuti fuiſſent, nihilominùs ad Pœni-
„ tentiam publicam eſſent adigendi, ſicut
„ habet Epaunenſe Concilium Cano-
„ ne 31. in hæc verba", De Pœniten-
tiâ Homicidarum, qui ſæculi leges eva-
ſerunt, hoc ſummâ reverentiâ de eis
placuit obſervari, quod Ancyritani
Canones decreverunt.

" Blaſphemiæ, Perjuria, Adulteria,
„ falſa teſtimonia & ſimilia graviſſima
„ crimina, noſtro ſæculo non puniuntur
„ morte: ſed fex plebis, quæ hæc pecu-
„ niâ redimere non poteſt, addicitur
„ pœnis civilibus, quibus fiant ſceleroſi
„ iſti ſpectaculum & irriſio plebis. Ve-
„ rùm adeò nullo penitùs cum fructu, ut
„ ejuſmodi illuſione tranſactâ, abeat
„ conſputus nebulo contumacior & de-
terior".

" An non multò magis retulerit cùm
„ Chriſtiani omnes ſimus, & lucrari
„ perditas Fratrum Animas, quoad
„ poſſumus, debeamus, tales ſceleroſos
„ (quorum vitæ parcitur) ſubjicere
„ Pœnitentiæ publicæ, ut populus cum
„ illis lachrymans, veniam à Deo preca-
„ retur, quàm exponere illos momenta-
„ neæ irriſioni, ut eâ jam facti longè
„ quam fuerant deteriores, & nihil
minùs

„ minùs quàm de ſalute Animæ ſollicitos, detrudere in Infernum" ?

" Denique quô minùs de reductione „ publicæ Pœnitentiæ deſperemus, en ejus rei periculum. Reverendiſſimus Dom. Sebaſtianus Archiepiſcopus Moguntinus, ſui Ordinis eximium decus „ jam non infeliciter fecit, ut mihi teſtati ſunt, qui præſenti anno in Die ſolemni Cœnæ Domini, non paucos in „ publicè Pœnitentium ordinem redactos, in Eccleſiâ Moguntinâ, ſecundùm „ Canones Eccleſiæ, religiosè reconciliari ſuis oculis viderunt, non ſine lacrimis, quas rei conſpectæ pietas ipſis (ut affirmarunt) excuſſiſſet".

Suprà dictum eſt; Reconciliationem publicè Pœnitentium ob publica peccata admiſſa, Canonicis ſanctionibus ſolis Epiſcopis reſervari; Præsbyteris verò non licere talium quemquam in publicâ Miſſa, hoc eſt, in publico Fidelium ad Sacra conventu, reconciliare, multô minùs Diaconis, niſi neceſſitas aliud requirat.

"Nec tamen ob id Præsbyteris Canones Pœnitentiales ignorare licet; nam „ datio Pœnitentiæ in eorum eſt poteſtate, licet non reconciliatio publicè „ Pœnitentium: ac reconciliatio etiam

„ Pœnitentium occultè ob enormia cri-
„ mina illis permittitur, ſed Epiſcopi
„ juſſione, ut ſuprà dictum eſt. Undè ne-
„ ceſſe eſt ut hoſce Canones probè te-
„ neant, quod ſaltem debeant indicare
„ Confeſſis occulta crimina, Canonicum
„ remedium quod ſubire debuiſſent, ſi
„ illorum facinus publicatum fuiſſet:
„ Quoniam verò commiſſum latet, per-
„ ſuadere, ut ſaluti Animæ ſuæ conſu-
„ lant, hoc eſt, ut veraciter ex toto corde
„ ſe graviter deliquiſſe confiteantur, &
„ per Jejunia & Elemoſynas, Vigiliaſ-
„ que & ſacras Orationes, cum lacrymis
„ ſe purgare contendant, & ſic ad ſpem
„ veniæ per miſericordiam Dei ſe per-
venturos confidant".

„ Prætereà infirmis Pœnitentiæ mo-
„ dum, etſi non imponere, inſinuare ta-
„ men debent, ut ſi convaluerint, eam
„ ſuſcipiant: Vel ſi fortè migraverint, ut
„ tum Pœnitentiæ pondus Amicorum
„ Orationibus & Eleëmoſynarum ſtu-
diis ſublevetur".

Hactenus Cardinalis Gropperus. Et hæc ſufficiant, ut cuique hæc legere volenti conſtet, quem Pœnitentiæ ſpiritum Eccleſia ab incunabulis conceperit, foverit, & in hunc uſque diem conſervarit. Qualiter ſucceſcente Homi-

mum

num malitiâ, & adverſùs ſalubrem etiam Pœnitentiæ ſeveritatem renitentiâ, illius vigor & praxis defecerit, ac tantùm non prorsùs interierit. Uſque ad initia ſaltem ſæculi decimi-ſeptimi rem deduximus; qualem hoc currente faciem exhibeat, ſupervacaneum foret demonſtrare illis qui eam coram intuentur, & digitis tangunt.

Itaque Compendium hoc claudat Marianus Victorius, Epiſcopus Amerinus, Italus; S. Hieronymi Operum recenſione ac Commentariis nobilis; ob eruditionem, & Eccleſiæ tùm antiquæ, tum præſentis notitiam, apud ſummos Pontifices gratus. Hic Commentarium De Pœnitentiis antiquis, præclaro ſuo de Pœnitentiâ libro, per modum Appendicis adjunctum, his verbis concludit.

„ Libet in fine hujus operis Sacerdotes admonere, ne nimis remiſſi indulgenteſque in imponendis Pœnitentiis ſint, ex hoc enim non ſolùm Eccleſiaſticæ Regulæ Diſciplina omnis reſolvitur, verùm etiam nullâ injectâ ex facinoribus præteritis verecundiâ, hominibus rurſus redeundi ad ſcelera non parva relinquitur occaſio. Et hæc una, ut equidem reor, præcipua cauſa eſt,

Digitized by Google

„ deploratæ propèmodum prolapſæque
„ Religionis, & quòd hodiè tam per-
„ fricta fronte, omnique Chriſtano pu-
„ dore ſepoſito, crimina perpetrantur, &
„ Eccleſiaſtica vivendi Regula paſſim
„ contemnitur. Nam etſi arbitrariæ Pœ-
„ nitentiæ hodiè ſint, Sacerdotis tamen
„ arbitrium Judicio, Juſtitiâ & Verita-
„ te inniti debet; & quamvis in tam
„ corrupto & vitiato ſæculo ſeveritas
„ iſta, quam ex Veteribus collectam in
„ hoc opere antè oculos Lectorum po-
„ ſuimus, ſervari modo aliquo non poſ-
„ ſit: proptereàque etiam remiſſa ſit:
„ Videat tamen Sacerdos, & ſecundùm
„ quod expedire Pœnitenti & Eccleſiæ,
„ ex qualitate perpetratorum criminum
„ animadverterit, ex iſtis ſaltem Canoni-
„ bus diſcat, quantâ curâ & diligentiâ
„ Pœnitentias publicas, ſeu privatas im-
ponere debeat".

" Nam ſi contrà à nobis fiat (inquit
„ S. CAROLUS BORROMÆUS,
„ Patres ſecundi Concili Provincialis
„ Mediolanenſis exhortans ad ſedulam A-
„ nimarum curam, diligentem Canonum
„ antiquorum obſervationem & SS. Pa-
„ trum imitationem) in formidoloſo illo
„ Dei judicio, cùm Animarum, quæ in
„ fidem & curationem nobis traditæ ſunt,

ratio-

„rationem reddemus; tum aliorum nos „accuſantium vociferationes, & irati „judicis, nos item acerbè objurgantis, eas voces audiemus:

„Si Speculatores eratis, cur cæci? ſi „Paſtores, cur Gregem vobis commiſſum „errare permiſiſtis? ſi Sal terræ, quonam „modo evanuiſtis? ſi Lux eratis, cur ſe-„dentibus in tenebris & umbra mortis „non illuxiſtis? ſi Apoſtoli, cur Apoſto-„licâ virtute non uſi cuncta egiſtis ad „Hominum oculos? ſi Os Domini, cur „muti? ſi vos huic oneri impares eſſe „ſentiebatis, cur tam ambitioſi? ſi pares, „cur tam deſides, ita negligentes? nihil „vos Prophetarum voces, nihil Evange-„lii Leges, nihil Apoſtolorum exempla, „nihil pietas, nihil religio, nihil Eccle-„ſiæ labentis ſtatus, nihil hic formidolo-„ſus Judicii dies, nihil præmia, nihil „ſupplicia, æternique cruciatus move-runt?

Has horribiles irati Judicis voces no-biſcum animo, menteque reputemus, ut iis, atque adeò aliis, excitati, in hac ſa-croſancta tam gravium rerum tractatio-ne non remiſsè, non leniter, non timidè, non negligenter, non diſſimulanter; ſed ſincerè & conſtanti ſanctaque ſollicitu-dine, Deum ſolum ſpectantes, quod in

noſtro officio, noſtroque munere poſitum eſt, agamus & perficiamus, duce Spiritu ſancto, omnium actionum & conſiliorum moderatore. Cui gloria ſit & honos ſempiternis ætatum ſæculis, Amen.

His fruere, Lector, & vale.

Digitized by Google

CENSURA.

HÆc compendioſa Deductio, cum ſubſequentibus (quorum cognitionem exhibet) Canonibus Pœnitentialibus, utiliter hoc tempore imprimetur; ut praxis veræ Pœnitentiæ à Chriſto Domino Eccleſiæ inſpirata, & Apoſtolicâ traditione atque inſtitutione commendata, diuque religiosè obſervata innoteſcat, & tandem, quantùm ætas feret, in bonum Animarum revaleſcat.

Dabam Gandavi, tertiâ anni 1672.

P. DE MET Eccl. Cathedr. S. Bavonis Gand. Can. & Theſaur. Lib. Cenſor.

CANO-

Digitized by Google

CANONES POENITENTIALES,

Quorum cognitio Parochis, Cōfeſſoribuſq́; neceſſaria eſt; diſpoſiti pro ratione ordineq́; Decalogi.

PER

SANCTVM CAROLVM BORROMÆVM,

S. R. E. CARDINALEM,

Archiepiſcopum Mediolanen.

Digitized by Google

PRÆCEPTUM I.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.

Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc Præceptum aliquo modo peccarit.

P. R. T. 1. t. 7. c. 4. Synod El. cap. 22. Anſ. l. 11. c. 120.

QUi à Fide Catholicâ deſciſcens, intimo, ſommoque prævaricationis ſuæ dolore affectus ad Eccleſiam redierit, Pœnitentiam aget annis decem. Quo temporis ſpatio decurſo, ei Communio præſtari debet.

Pen. Bed. c. 9.

Qui Dæmoni immolaverit, pœnitentiâ erit annis item decem.

Bur. l. 19. Pen. R. c. 14. Synod. c. 72.

Qui more Gentilium, elementa coluerit: qui vel ſegetibus faciendis, vel ædibus exſtruendis, vel arboribus conſerendis, vel nuptiis contrahendis, inanem ſignorum fallaciam obſervaverit: pœnitentiam aget annos duos feriis legitimis.

Bur. ibid. Syn. Laod. c. 72.

Qui ritu Paganorum obſervaverit Kalendas Januarii: in pœnitentiâ erit annos item duos per legitimas ferias.

Qui

Digitized by Google

Qui feſta Gentilium celebrarit; pœ- Pe. Ra.
nitentiam aget itidem annos duos legi- cap. 24.
timis feriis. Bur. ibid.

Qui feriam quintam in honorem Jovis Pe. Ra.
honoraverit; pœnitens pane & aquâ cap. 25.
victitabit dies quadraginta. Bur. ibid.

Qui Conviviis Gentilium, & eſcis Pe. Ra.
immolatitiis uſus erit: publicam pœni- cap. 25.
tentiam aget. Bur. lib. 19.

a Qui comederit de idolotypho: pœ- tit de ſap.
nitens victitabit pane & aquâ dies tri- a Syn. E lib.
ginta. cap. 55.

b Qui cum Judæo cibum ſumpſerit; Pe. Ra.
pœnitens erit dies decem, pane & aquâ cap. 26.
victitans. b Bur. ibid.

c Qui auguriis, & divinationibus ſer- P. R. tit. 6.
vierit, quique incantationes diabolicas cap. 2.
fecerit; pœnitens erit annos ſeptem. c Bur. lib. 10

d Mulier incantatrix pœnitentiam aget cap. 8.
annum, vel ut alio Canone cavetur, an- Pro part. 11.
nos ſeptem. cap. 36

e Qui herbas medicinales cum incanta- d P. R. tit. 6
tionibus collegerit: pœnitentiam aget c. 5. c. 9.
dies viginti. P. R. ibid.

f Qui Magos conſuluerit, quive do- e P. R. tit. 6.
mum ſuam induxerit aliquid arte magicâ cap. 1.
exquirendi causâ: in pœnitentia erit an- Bur. lib. 19.
nos quinque. cap. 269.

Qui ædes magicis cantionibus luſtrat, Syn. An.
aliudve tale admittit: & qui ei conſen- c. 23.

f P. R. t.6. c 2. & 20. cit, quive conſulit: in pœnitentia erit annos quinque.

F Bed. c. 7. Anſ. l. 11. c. 110. Qui tempeſtatum immiſſor erit: pœnitentiam aget annos ſeptem, tres in pane & aqua.

P. R. tit. 9. cap. 8. Qui verò crediderit, particepſve fuerit: annum unum per legitimas ferias.

Syn. Cab. cap. 5. Si quis ad faſcinum præcantaverit: pœnitentiam aget quadrageſimas tres in pane & aqua.

Ivo part. 11 cap 24 Si quis ligaturas aut faſcinationes fecerit: pœnitens erit annos duos per legitimas ferias.

C 1. de ſort. P. R. tit. 6. c 7. c. 1. de ſort. Si quis ſortilegus erit: pœnitens aget dies quadraginta.

P. R. tit. 6. cap. 6. Si quis in codicibus, aut in tabulis ſorte ductâ res futuras requiſierit: pœnitens erit dies quadraginta.

Anſ. l 11. cap 146 Reſpiciens furta in aſtrolabio: annis duobus.

P. R. tit 6. cap. 5 Anſ. l. 11. cap. 146. Si quis aliquid comederit, aut biberit, aut ſuper ſe portarit ad evertendum judicium Dei: pœnitentiam aget ut magus.

Si quis Clericus, vel Monachus, poſtquam Deo voverit, ad ſeculum redierit: pœnitentiam aget annos decem, quorum tres in pane & aqua.

PRÆ-

PRÆCEPTUM II.

Non aſſumes nomen Dei tui in vanum.

Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

QUicumque ſciens pejeraverit: quadraginta dies in pane & aqua, & ſeptem ſequentes annos pœniteat, & nunquam ſit ſine pœnitentia, & nunquam in teſtimoninm recipiatur; & poſt hæc Communionem percipiat. *Pe.R.tit.2. c. 6.6 q. 1. cap. 18. Tart. lib.5. cap. 5.*

Si quis ſciens pejerat in manu Epiſcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi, vel in Cruce conſecrata, altarive, pœnitentiam aget annos tres: in Cruce non conſecrata, annum unum. *Pe B. c. 2. q. 22. q. 5. cap. 2.*

Qui perjurium in Eccleſia fecerit; pœnitentiam aget annos decem. *P.R. tit.2. cap 2.*

Qui ſciens pejerat Domini impulſu; pœnitens erit quadrageſimas tres, & ferias legitimas; Dominus autem, quia præcepit, quadraginta dies in pane, & aqua, & ſeptem ſequentes annos. *Pe.Bed.c.9 Pe. R.tit.2 cap.1. Bur.lib.12. cap. 4.*

Si quis ſciens pejeraverit, alioſque in perjurium induxerit; pœnitens erit dies qua- *Pe R.tit.2. cap 9. Bur.lib.12.*

quadraginta in pane & aqua, & ſeptem ſequentes annos: & pro tot perjuriis jejunabit quot homines in perjurium induxerit.

a Si quis ſuſpicatus ſe ad perjurium induci, ex conſenſu jurat; pœnitentiam agat dies quadraginta, & ſeptem annos ſequentes, & numquam ſine gravi pœnitentia erit.

Si quis per cupiditatem perjurium fecerit; quadrageſimam in pane & aqua jejunet, & quamdiu vivit omnes ſextas ferias.

Si quis per cupiditatem pejeraverit; omnes res ſuas vendet, & pauperibus diſtribuet, & Monaſterium ingreſſus jugi ſe pœnitentiæ ſubdet.

Si quis coactus, neceſſitateque aliquâ impulſus perjurium commiſerit; in pœnitentia erit quadrageſimis tribus.

Si quis coactus pejeraverit; pœnitens quadraginta diebus pane & aqua victitet, ac præterea omnibus ſextis feriis.

Si quis ſeductus ignorans, & poſteà cognoſcit; pœnitentiam aget annum unum, vel quadrageſimas tres, vel dies quadraginta.

b Qui compellit alium, ut falſum juret, quadraginta dies in pane & aqua, & ſeptem annos in pœnitentia erit.

Pe.R.tit.2 cap. 4. Pe Tho. a Bur.lib.12. cap. 11. Ivo part.12 cap. 68. Pe.R.tit.2. cap. 18. Bur. lib.19. tit. de perjur. P. R. ibid. Ivo par.12. cap. 60 Part.lib.5. cap. 6. 22. qu. 1 C. Si quis. P.R. tit.2. cap. 2. Bur. l 12. cap. 60. Ivo par.12. cap. 6. P.R. ib.c.3 Bur. lib.19. Pe.Bed.c.9 C.Si quis 22 qu. 5. Pe.R.tit.2. cap.7.

Si

Si quis jusjurandum, quo ſe Regi & Domino ſuo adſtrinxerit, violaverit: in Monaſterio pœnitentiam aget omnibus diebus vitæ ſuæ.

Anſel. l. 11 cap. 68. 22. q 5 c. 19. Sy Iler. c. 7

Si quis ſe jurejurando obſtrinxerit, ut cum aliquo litiget, nec pacem cum eo reconciliet; pœnitentiam aget dies quadraginta in pane & aqua, per annum à Sacra Communione ſegregatus: ad charitatem verò celeriter redeat.

P. R. tit. 2. c. 11. 2. q. 1. cap. 10. Bur. 119. Rab. c. 20. 22. q. 1 c. 10.

Si quis per capillum Dei, aut per caput ejus juraverit, ſi ſemel neſciens fecerit, pœnitens aqua & pane ſeptem dies victitet: ſi ſecundò, ac tertiò monitus idem fecerit, dies quindecim.

Pe. R. tit. 2. Anſ. l. 11. cap 6. Ivo part. 12 cap 3. 6.

Si per cœlum, aut per aliam aliquam creaturam; dies item quindecim.

Ex Pe. ant. c. 2. de mal.

Si quis blaſphemat, tam diu pœnitens erit, quamdiu impœnitens permanſit.

Si quis Deum, vel B. Mariam Virginem, vel aliquem Sanctum publicè blaſphemaverit: pro foribus Eccleſiæ diebus Dominicis ſeptem, in manifeſto, dum Miſſarum ſolemnia aguntur, ſtet: ultimoque ex illis die, ſine pallio, & calceamentis ligatus corrigia circa collum, ſeptemque præcedentibus feriis ſextis in pane & aqua jejunet, Eccleſiam nullo modo tunc ingreſſurus: ſingulis item ſeptem illis diebus Dominicis, tres, aut duos,

duos, aut unum pauperem paſcat, ſi poteſt; alioquin alia pœnitentia afficiatur: recuſans, Eccleſiæ ingreſſu interdicatur; in obitu, Eccleſiaſtica ſepultura careat. Dives à magiſtratu mulctetur pœna ſolidorum quadraginta, alioqui triginta, ſeu viginti.

De hoc deteſtabili peccato extat Sanctio Leonis Decimi Pontificis in Concilio Lateranenſi, ſeſſione nona.

PRÆCEPTUM III.

Sabbata ſanctifices.

Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

Bur. lib. 19 QUi opus aliquod ſervile die Dominico, feſtove fecerit; pœnitentiam aget tres dies in pane & aqua.

Ex Pe. ant. Qui die Dominico opus terrenum fecerit, qui navigarit, aut equitarit: dies ſeptem pœnitentiam aget.

Ex Pe. ver. Si quis per contemptum in Dominica jejunaverit; penitens erit hebdomadam unam: ſi iterùm, dies viginti; ſi præterea tertium, quadraginta.

Si

Digitized by Google

Si quis ante Eccleſias vel die feſto, ſaltationes (quas ballationes vocant) fecerit, emendationem pollicitus, pœnitentiam aget annis tribus. In Græco codice: Clericus deponatur, Laicus excommunicetur. *Pe.R.tit.7. cap. 1. Bur.lib. 10. cap. 139. Ivo par. 11. cap. 64.*

Si quis pranſus Miſſæ interfuerit, pœnitens erit dies tres in pane & aqua. *Syn. Trul. cap. 62.*

Si quis ſacram Communionem ſumpſerit poſt aliquam vel minimam deguſtationem; pœnitentiam aget dies decem in pane & aqua. *Bur.lib.19. tit.de irr.*

Si quis in Eccleſia confabuletur, cùm divina fiunt, pœnitens erit dies decem in pane & aqua. *Bur. ibid. cap. ſeqq.*

Si quis feſta Paſchæ, Pentecoſtes, Natalis Domini (niſi infirmitate impediente) alio loco celebrarit, quàm ubi domicilium habet; pœnitens erit dies item decem in pane & aqua. *Bur. ibid. cap. ſeqq. Bur. ibid. cap. de ſac.*

Si quis jejunia à ſancta Eccleſia indicta violarit; pœnitentiam aget dies viginti in pane & aqua. *Pe.R.tit.7. cap. 11. Bur.lib. 10.*

Quadrageſima, carne ſine inevitabili neceſſitate veſcens, in Paſcha non communicet; ac præterea carne abſtineat. *Pe.R.tit.7. cap. 7. Syn. Tol. 8. cap. 9.*

Qui in quadrageſima jejunium violaverit, pro uno die pœnitentiam aget dies ſeptem. *Ex indicio Can.*

Si quis jejunium quatuor temporum *Pen. ibid.*

non

Bur. ibid. non cuſtodierit: pœnitens erit dies quadraginta in pane & aqua.

Pe.R.tit.7. cap.10. Bur. ib.17. Qui neglexerit in quatuor his ſolemnitatibus, die Cœnæ Domini, in Paſcha, Pentecoſte, & in Natali Domini ſacram Communionem ſumere: aget pœnitentiam in pane & aqua dies viginti.

PRÆCEPTUM IV.

Habeas in honore Parentes.

Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

Pœn. Th. Bur.lib.19. QUi Parentibus maledixerit; quadraginta dies pœnitens ſit in pane & aqua.

Pe.R.tit.4. cap. 12. Qui Parentes injuria affecerit, tres annos.

Qui percuſſerit, annos ſeptem.

Bur. lib.19. cap.194. Qui expulerit, tam diu pœnitens ſit, quamdiu in impietate permanſerit.

Pe. R.tit.6 cap. 17 24 q. 3 c. 22. Sy.Tu. c.5. Si quis contra Epiſcopum, Paſtorem & Patrem ſuum inſurrexerit uno in loco, Monaſteriove pœnitentiam aget omnibus diebus vitæ ſuæ. Addit Gratianus, ut in primis

primis omnia bona ejus proſcriptione publicentur, deinde in uno Monaſterio, &c. *Gr. 24. q. 3. cap. 22.*

Eadem pœnitentia afficiatur, qui contra Presbyterum. *Pe. R. tit. 6 cap. 18.*

Si quis contra Epiſcopum, Paſtorem & Patrem ſuum conſpiraverit, gradu ſuo amovebitur. Itidem ſi inſidias tetenderit. *Syn. Calc. cap.*

Si quis in eo conſpiraverit, ut Epiſcopi doctrinam, vel præcepta irrideat, vel ſubſannet, aget in pane & aqua pœnitentiam dies quadraginta. *Pe. R. t. 19. Pe. R. tit. 6. cap. 19.*

Qua penitentia etiam afficiatur, ſi quis ita conſpiraverit, ut ejus miniſtrorum præcepta contemnat. *Bur. lib. 19.*

Si quis item Presbyteri, Parochive ſui præcepta irriſerit; pœnitens item erit dies quadraginta in pane & aqua. *Ibidem.*

PRÆCEPTUM V.

Non occides.

Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modò peccarit. *Pe. R. tit. 1. cap. 1.*

QUi Presbyterum occiderit; pœnitentiam aget annos duodecim. *Syn. Mog. cap. 24.*

Si

Pe.R. c. 2. cap. 24. Bur. lib. 6. cap. 8. Ivo par. 10. cap. 107. Mag. ſup. Amor. c. 16. Tr. cap. 5. Bur. lib. 19. & 17.

Si quis Sacerdotem voluntariè occiderit; carne & vino abſtineat cunctis diebus vitæ ſuæ, quotidiè, exceptis feſtis Dominiciſque diebus, jejunet, non equitet, non arma ferat, non Eccleſiam ingrediatur quinque annis, ſed pro ejus foribus ſtet.

Poſt quinque annos Eccleſiam ingrediatur licet: nondùm verò communicet, ſed inter Audientes ſit. Decimi anni curſu confecto, communicet, & equitet licet.

Pe. R. tit. 1. cap. 34. Syn. Vorm. cap. 26.

Qui vel ipſe, vel de ejus conſilio, aliquem Eccleſiaſtici ordinis hominem, aut Pſalmiſtam, aut Oſtiarium, aut Lectorem, aut Exorciſtam, aut Acolythum, aut Diaconum, aut Presbyterum per ſingulos ordines ſingulariter pœnitentiam agat: pro Pſalmiſta carinam unam, nempe quadraginta dies in pane & aqua; pro Oſtiario itidem: pro Lectore itidem: pro Exorciſta ſimiliter: pro Acolytho ſimiliter: pro Subdiacono ſimiliter: pro Diacono ſimiliter. Quapropter omnis qui interfecerit voluntariè Presbyterum ita pœnitere debet ut octo homicidia commiſſa, & nunquam debet eſſe ſine pœnitentia.

Ivo par. 10.

Si quis Presbyter Presbyterum occiderit, pœnitentiam aget annos viginti octo.

Si

Si quis Presbyterum armis contrà ſe irruentem occiderit; pœnitens erit annos decem. *Ivo ib. c. 15*

Si quis Patrem, aut Matrem, Fratrem, aut Sororem occiderit toto vitæ ſuæ tempore non ſuſcipiat Corpus Domini, niſi in obitu: abſtineat à carne & vino, dum vixerit: jejunet ſecunda, & quarta, & ſexta feria. *Pe. R. tit. 1. cap. 13. Gregor. XI. in Epiſt. 8. ad Bon. Mog.*

Si quis parricidium fecerit; id eſt, Patrem, aut Matrem, Fratrem, Sororem, Patruum, Amitam, aut Materteram occiderit: ſi caſu, neque per iram fecerit; ut homicidii ſponte commiſſi pœnitentiam aget: ſi ſponte, & iratus, pro foribus Eccleſiæ per annum ſtabit Deum orans. Anno peracto, in angulo Eccleſiæ per annum item ſtabit. Quibus peractis, ſi pœnitentiæ fructus in eo conſpicietur, ſacræ Communionis particeps fiet, carne abſtinebit: tota: quotidie jejunabit præter dies Feſtos: à vino, cerviſia, mellita abſtinebit dies hebdomadæ tres. Pedibus, quocumque ierit, iter faciet: armis nunquam utetur, niſi contra paganos: Uxorem ſi non habet, nunquam ducet. *Anſ. l. 11. cap. 51. P. R. tit. 1. cap 22. Syn. Vorm. cap. 30. Bur. lib. 19. Ivo ibid. 163. 164. cap. 173. ex Epiſt. Nicolai Papæ.*

Qui voluntariè genitorem ſuum, aut genetricem occiderit, extrà Patriam ſeptem annis exul fiat: tunc demum uſque ad mortem cum fletu & gemitu pœniteat.

Digitized by Google

Si autem nolenti accidit, decem annis pœniteat judicio Sacerdotis.

Pe.R.c.14. tit.1. Anſ.l.11. cap.48. Qui voluntariè Filium ſuum, vel Filiam ſuam, vel Germanum, aut Germanam ſuam occiderit, quinque annis extrà metas ipſius terræ exul fiat: deinceps viginti annis pœniteat. Qui verò voluntariè Avum ſuum, vel Aviam ſuam, vel Neptem ſuam, vel Patruum, aut Avunculum ſeu Amitam, ſive Materteram, aut Filium, vel Filiam Germani ſui, aut Germanæ, ſeu Conſobrinum ſuum, ſive Conſobrinam ſuam occiderit, id eſt, à tertia uſque ad ſeptimam. ſi verò tertia fuerit, duodecim annis inermis pœniteat: ſi quarta, undecim annis pœniteat: ſi quinta, decem: ſi ſexta, novem: ſi ſeptima, octo annis pœniteat. Si autem nolens, arbitrio Sacerdotis pœniteat. Qui voluntariè Patrem ſuum, aut Matrem, vel Filium, aut Filiam de ſancto Lavacro, ſeu Fratrem, ſive Sororem in Chriſto, aut Dominum ſuum, vel Dominam, ſeu Uxorem ſuam occiderit, quinque annis extrà metas ipſius terræ exul fiat: tunc demum quindecim annis inermis pœnicat. Si verò nolens, ſeptem annis pœniteat. Qui Vitricum ſuum voluntariè occiderit, aut Novercam, ſeu Privignum, ſive Privignam, vel Socerum ſuum, aut Socrum ſuam,

ſuam, ſeu Generum ſuum, ſive Nurum; decem annis pœniteat. Si verò nolens, quinque annis pœniteat.

Si quis Filium non ſponte occiderit: ut homicidii ſponte commiſſi pœnitentia afficietur. *Ivo par. 10. cap. 165.*

Quæ Mulier Filios ſuos necarit, peracta ſeptenali pœnitentia, in Monaſterium detruſa monaſticam vitam perpetuò regulariter aget. *Syn. Trul. cap 53. Ivo par 10. cap. 186.*

Si quæ Mulier poſt partum Filium, Filiamve ſponte interfecerit: pœnitentiam aget annos duodecim: & nunquam erit ſine pœnitentia. *Pen. R. tit. cap. 26.*

Paupercula, ſi ob difficultatem nutriendi id commiſerit, annos ſeptem. *Bur. lib. 19.*

Si quæ Mulier ſponte abortum fecerit; pœnitentiam aget tres annos: ſi nolens, quadrageſimas tres. *Pe. R. tit. 1. cap. 33.*

Mulier partum ſuum perdens voluntariè ante quadraginta dies, pœnitens erit annum: ſi verò poſt quadraginta dies, annos tres: ſi verò poſtquam editus eſt in lucem, tanquam homicida. *Bur. lib. 17. cap. ult. Anſel. Pen. Bed. cap. 3.*

Quæ ſceleris occultandi causâ Filium necarit, pœnitentiam aget annos decem. *Pe. R. c. 27. 28.*

Qui nolens Filium oppreſſerit; ſi poſt Baptiſmum, pœnitentiam aget dies quadragita in pane & aqua, oleribus, ac leguminibus: abſtinere ab uxore dies totidem. *Bur lib. 17. cap. 53. Ivo par. 9. cap. 183.*

& par. 10. cap. 83. Pe. R. lib. 1. cap. 29. Bur. lib. 17 cap. 58. & lib. 19. Pe. R. tit. 1. cap. 31. Anſel. l. 11. cap. 41. 42. Pe. Bed. cap. 2. Ex pen. Th. a P. R. tit. 1. cap. 32. Bur. lib. 17. cap. 57. cap. ult. de hom.

dem. Deinde pœnitens erit tres annos per legitimas ferias: tres prætereà quadrageſimas in anno obſervabit. Si antè Baptiſmum, quadraginta dies ut ſuprà, & quinquennii prætereà pœnitentiam explebit.

Cujus parvulus ſine Baptiſmo per negligentiam morietur, tres annos pœniteat; unum in pane & aqua. Infans infirmus & Paganus ſi commendetur Presbytero, ſi moritur abſque Baptiſmo, deponatur: & ſi per negligentiam parentum fuit, annum unum pœniteat.

a Cujus filius ſine Confirmationis ſacramento moritur, Parentes, quorum negligentia id factum eſt, pœnitentiam agent annos tres.

Si quis explendæ causâ libidinis, vel odii meditatione, ut non ex eo ſoboles naſcatur, homini, aut mulieri aliquid ſecerit, vel ad potandum dederit, ut non poſſet generare, aut concipere; homicida teneatur.

Pe. R. tit. 1. cap. 11. Grat. 33. q. 2. c. 8 Bur. lib. 6. cap. 40. Ivo par. 8. cap. 126.

Occidiſti Uxorem tuam, legitimo matrimonio ſociatam, ſine cauſa mortis, non tibi reſiſtentem; non inſidiantem quoquo modo vitæ tuæ: non inveniſti eam cum alio viro nefariam rem facientem: ſed incitatus à Diabolo, impio inflammatus furore, latronum more, atro-

cios

cior & crudelior omni bellua, eam gladio tuo interemiſti. Et nunc poſt mortem ejus addis iniquitatem, Filiorum tuorum improbe prædo: qui Matri non pepercisti, & Filios tuos ideò orphanos feciſti, ut ſuperinduceres mortis cauſam poſt mortem. Et per unum homicidam, & reprobum teſtem incuſare vis mortuam, hoc nec Evangelium, nec ulla divina, humanaque lex concedit, ut unius teſtimonio etiam idoneò aliquis condemnetur, vel juſtificetur.

Quantò magis per iſtum tam flagitioſum & ſceleſtum, nec illa viva debuit condemnari; nec tu poteris poſt ejus mortem excuſari. Prius cauſa criminis ſubtiliter erat inveſtiganda: & tunc ſi rea fuiſſet inventa ſecundùm legis tramitem debuit excipere ultionis vindictam. Nam & ſi verum (quod abſit) fuiſſet, ſicut ille adulter mentitus eſt; poſt ſeptem annos pœnitentiâ peractâ dimittere eam per approbatam cauſam poteras, ſi voluiſſes: occidere eam nullatenus debuiſti. Duo conſilia proponimus tibi: accepta tecum delibetatione duorum, elige magis quod placeat & miſerere animæ tuæ: & tu hic in iſto anguſto tempore poſitus, ne ſis tu ipſe tuimet homicida, & in æternum pereas. Relinque

hoc malignum ſeculum, quod te traxit ad tam immaniſſimum peccati facinus; multorum Fratrum precibus adjutus obſerva cuncta ſimplici animo, quæ tibi ab Abbate fuerint imperata, ſi fortè ignoſcat infinita Dei bonitas peccatis tuis. Iſtud conſilium, certiſſimè ſcias tibi levius, ac ſalubrius eſſe; ut ſub alterius cuſtodia lugeas deflenda peccata. Secundum autem conſilium tale eſt. Arma depone, & cuncta ſecularia negotia dimitte. Carnem & ſagimen omnibus diebus vitæ tuæ non comedas, excepto uno die Reſurrectionis Domini, & uno die Natalis Domini. Cæteris temporibus in pane & aqua, & interdum leguminibus & oleribus pæniteas. In jejuniis, & vigiliis, & orationibus, & in eleemoſynis perſevera omni tempore. Vinum & medonem, & mellitam, & cervisiam numquam bibas; niſi in illis prædictis tribus diebus. Uxorem ne ducas, concubinam non habeas, adulterium non facias, abſque conjugio in perpetuo permaneas. Numquam te in balneo laves; equum non aſcendas, cauſam tuam & alterius in conventu fidelium non agas. In conviviis lætantium nunquam ſedeas; in Eccleſia ſegregatus ab aliis Chriſtianis poſt oſtium humilis ſtes, ingredientium, & egre-

egredientium orationibus te ſuppliciter commendes. Communione Sacri Corporis, & ſanguinis Domini cunctis diebus vitæ tuæ indignum te exiſtimes; in ultimo termino vitæ tuæ pro viatico (ſi obſervaveris conſilium) ut accipias, tibi concedimus. Sunt & alia multò duriora, quæ tibi juxtà pondus tanti facinoris eſſent adjicienda, ſed ſi hæc omnia, quæ ſupra miſericorditer dicta ſunt, perfecto corde, Deo auxiliante perfeceris, & cuſtodieris; confidimus de immenſa clementia Dei, remiſſionem tuorum peccatorum te habiturum; & ſecundùm boni juſtique Paſtoris imperium reſolvat te ſanctaq; Eccleſia ab hoc vinculo peccati in terris, ut per ipſius gratiam, qui eam ſuo ſanguine redemerat, ſis ſolutus in cœlis. Sin autem aliter feceris, & ſanctæ Matris Eccleſiæ ſalubre conſilium deſpexeris, ipſe tibi ſis judex, & in laqueo Diaboli, quo irretitus teneris, maneas: ſanguiſque tuus ſit ſuper caput tuum, & ſub indiſſolubili anathemate permaneas: donec Deo, & ſanctæ Eccleſiæ ſatisfacias.

Si mulier Maritum ſuum cauſa fornicationis veneno interfecerit, aut quacumque arte perimere facit: quia Dominum & ſeniorem ſuum occidit, ſeculum relinquat, & in Monaſterio peniteat.

Qui mortem ſibi conſciverit: pro eo nulla in Miſſa commemoratio fiat, neque cum pſalmis ejus cadaver ſepeliatur.

Si quis ſpontè hominem occiderit, ad januam Eccleſiæ ſemper erit: & in obitu communionem recipiat. Si caſu necarit, pœnitentiam aget annos ſeptem: ex alterius Canonis præſcripto annos quinque.

Si quis hominem necare voluerit, neque hoc ſcelus patrare potuerit: ut homicida pœnitentiâ afficietur.

Alius Canon de homicidio voluntario.

Si quis homicidium ſponte commiſerit, vel odio, vel poſſidendæ hæreditatis cauſa: primò jejunet in pane & aqua, deinde pœnitentiam agat annis ſeptem. Primo anno poſt illos quadraginta dies, à vino, caſeo, piſce, abſtinebit. In ſecundo, & tertio ſimiliter jejunet: tertiam autem, & quintam feriam, ac Sabbatum redimere poteſt. Reliquis quatuor annis jejunabit in ſingulis tres quadrageſimas: pri-

Digitized by Google

primam ante Paſcha; alteram ante diem feſtum Sancti Joannis Baptiſtæ; tertiam ante Nativitatem Domini.

Si quis fecerit homicidium pro vindicta parentum, ita pœnitentiam aget, ut homicida voluntarius. Itidem pro vindicta Fratris. *Pe. R. tit. 1. cap. 10. Bur. lib. 16. cap. 32.*

Qui pro vindicta Fratris, annum unum, & in ſequentibus duobus annis, tres quadrageſimas, & legitimas ferias. *P. Bed. c. 2.*

Si quis per iram ſubitam, aut per rixam hominem necarit; pœnitentiam aget annos tres. *Ibid.*

Si quis juſſu Domini homicidium perpetrarit; dies quadraginta in pane & aqua, & prætereà ſeptem annos ſequentes per legitimas ferias jejunabit. *Bed. ibid.*

Qui in bello publico juſſu Principis legitimi Tyrannum interfecerit; pœnitens erit tres quadrageſimas per legitimas ferias. *Bur. lib. 19 cap. 5.*

Qui liber, jubente majore ſuo, innocentem occiderit, pœnitentiam aget annum unum, & ſequentes duos, tres quadrageſimas & legitimas ferias. *Bur. ibid.*

Qui homicidii auctor fuit ob conſilium quod dedit; erit in pœnitentia quadraginta dies in pane & aqua, cum ſeptem ſequentibus annis.

Qui inſidiatus eſt alicui, ut occida-

Digitized by Google

tur, licet ipſe non occiderit; pœnitentiam agat quadraginta dies in pane & aqua, & ſeptem ſequentes annos obſervabit.

Pœ.R.c.25. Bur. lib. 19. c. 9. de accu. Qui accuſarit aliquem, ob eamque accuſationem occiſus eſt: quadraginta dies in pane & aqua, cum ſeptem ſequentibus annis in pœnitentia verſari debet. Si autem ob accuſationem debilitatus eſt; tres quadrageſimas pœnitebit per legitimas ferias.

Qui inſanus homicidium perpetrarit; leviorem pœnitentiam explebit.

Pœ.R c.25. Bur. lib. 6. cap. 20. Qui publicè pœnitentem occiderit, tamquam de homicidio ſponte commiſſo duplicem pœnitentiam aget.

I vo par. 10. cap. 49. Pœ.R.c.24. Qui furem aut latronem interfecerit, quadraginta dies ab Eccleſiæ ingreſſu abſtinebit: & præterea in tertia feria, & in ſexta, & in Sabbato jejunabit.

Pœ.R.c.3. Bur lib. 3. cap. 16. Si quis caſu homicidium fecerit; pœnitens erit quadraginta dies, in pane & aqua: his peractis, biennio ab oratione fidelium ſegregatus non communicabit, neque offeret. Poſt biennium, in communionem orationis ſuſcipietur: offeret autem, non tamen communicabit. Poſt quinquennium ad plenam communionem recipietur: à cibis abſtinebit arbitratu Sacerdotis.

Qui

Qui hominem tanquam feram aliquam latentem inopinatò occiderit; quadraginta dies pœnitentiam aget in pane & aqua; & quinque ſequentes annos arbitratu Sacerdotis. *Bur. lib. 19.*

Si plures hominés unum per rixam adorti occiderint, quicumque eorum plagam ei inflixerit, tanquam homicida pœnitentiam aget. *Pe. R. t. 1. cap. 15. Bur. lib. 6. cap. 24. 23. q. 8. ult.*

Qui homicidio, quod poſtea factum eſt, conſenſerit; pœnitentiam aget annis ſeptem, tres in pane & aqua. Sin autem voluerit, nec verò potuerit; tres tantùm annos. Si quis nolens homicidium patrarit, pœnitebit quinque annis, & duobus in pane & aqua. *P. R. tit. 1. cap. 17. Anſ. l. 11. cap. 34.*

Si quis aliquem vulneraverit, vel ei aliquod membrum præciderit; pœnitentiam aget uno anno per legitimas ferias: ſique cicatrix gravis eſt, ut vulneratum deformem reddat; quadraginta etiam dies pœnitebit in pane & aqua. *Pe. R. tit. 1. cap. 23. Bur. lib. 19. Anſel. l. 11. cap. 62.*

Si quis ictum proximo dederit, nec nocuerit, tridui pœnitentiam aget in pane & aqua: Clericus, unius anni & menſium ſex. *Pe. R. tit. 4 cap. 19.*

Si quis aliquem per iram percutiens debilitaverit, ſolutâ medicamenti impenſâ, ſi Laicus eſt, pœnitens erit quadraginta dies in pane & aqua: ſi Clericus, *Pe. R. tit. 1. cap. 16. Anſ. l. 11. c. 36.*

duas quadrageſimas: ſi Diaconus, ſeptem menſibus: ſi Presbyter, uno anno.

Pe.R.tit.2. cap.16. Anſ.l.11. cap.33.

Si quis Epiſcopus homicidium fecerit; in pœnitentia ſit quindecim annis, dignitatiſque gradu amoveatur, vitæque ſuæ curſum peregrinando conficiat. Presbyter pœnitens erit annos duodecim, quatuor ex his in pane & aqua: & Sacerdotii gradu privetur: Diaconus annos decem: tres ex his in pane & aqua: Clericus inferioris Ordinis, annos ſeptem, tres in pane & aqua.

Bur.lib.10. cap.60.

Si quis Fratri ſuo quem oderit, reconciliari non vult: tamdiu in pane & aqua pœnitentiam aget, quoad reconcilietur.

PRÆ-

PRÆCEPTUM VI.

Non furaberis.

Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

QUi furatus eſt aliquid de Eccleſiæ ſuppellectili, vel theſauro: quod ſuſtulit, reddet, & tres carinas cum ſeptem ſequentibus annis pœnitebit. *Pe.R.lib.4. cap.14. Bur.lib.19.*

Qui ſacras Reliquias furatus eſt, illis reſtitutis ſeptem carinas jejunabit. *Ibid.*

Pecuniam Eccleſiaſticam furatus, quadruplum reddet; ſi quid item de miniſterio Eccleſiæ aliquo modo ſurripuerit, pœnitens erit annos ſeptem. *Pe.R.tit.1. cap. 1. Bur.lib.11. cap. 27.*

Si quis vel Eccleſiaſticas oblationes rapuerit, vel rapientibus conſenſerit: quadruplum reſtituet, & canonicè pœnitens erit. *12. q.2.17. ex epiſt. Nicolai Papæ ad Frontarium Arch. Burdeg.*

Sacrilegus, rerumve Eccleſiaſticarum invaſor, uno anno extra Eccleſiam Dei maneat: ſecundo anno pro foribus Eccleſiæ

cleſiæ ſine communione maneat: tertio anno in Eccleſia inter Audientes ſit ſine oblatione: carne, vinoque abſtineat, præterquam in Paſcha, & die Natali: quarto anno, ſi fructuoſus triennio pœnitentiæ fructus extiterit, communioni fidelium reſtituatur; ea lege, ut ſpondeat ſe inpoſterum tale quidquam non commiſſurum; præterea ſine eſu carnis, & potatione vini, uſque ad ſeptennium pœnitens permanebit.

P.R. tit.4. cap. 17. Bur. lib. 19. 17.9.4.c.14 Junon. pa vor. cap. 6.

Qui Eccleſiam incenderit, illam reſtituet, pœnitentiamque aget annos quindecim, & pretium det pauperibus. Itidem qui incendio conſenſerit.

Inn. II. in Syn. R c.23 qu.8. tit.32. P.R. tit.8. cap. 17.

Si quis malo ſtudio, vel odio, vel ulciſcendæ injuriæ causâ, incendium commiſerit, committive juſſerit, curaverit, aut incendiario auxilium, vel conſilium ſcienter dederit; excommunicabitur: ſi mortuus erit, Chriſtiana ſepultura carebit. Nec vero abſolvetur, niſi damnum pro facultatibus reſarciverit, juretque ſe inpoſterum tale facinus numquam admiſſurum. Pœnitentia propterea hæc ei conſtituetur, ut Hieroſolymis, aut in Hiſpania in ſervitio Dei totum annum permaneat.

Pe.R. tit.4. cap.7.

Si quis ſepulchrum violaverit; pœnitens

rens erit annos ſeptem : è quibus tres in panc & aqua. *Ivo par. 13. cap. 44.*

Qui ſepulchrum infregerit ut defuncti ſepulti veſtimenta furaretur, pœnitens erit annos duos per legitimas ferias. *Bur. lib. 10.*

Qui de oblationibus, quæ Eccleſiis factæ ſunt, aliquid retinuerit: pœnitens erit dies quadraginta in pane & aqua. *Bur. lib. 19. de obl. Pe. R. tit. 1. cap. 16.*

Qui decimam ſibi retinuerit, aut dare neglexerit; quadruplum reſtituet, & pœnitentiam aget dies viginti in pane & aqua. *Bur. ibid.* Pe. *ib. c. 8.* *Pe. R. tit. 1. cap. 3.*

Qui hoſpitalis domus Adminiſtrator, aliquid de adminiſtratione ſubtraxerit, reſtituet quod abſtulit; pœnitenſque erit annos tres.

Qui Pauperem oppreſſerit, ejuſque bona abſtulerit: reddet ei ſuum, & pœnitens erit dies triginta in pane & aqua. *Bur. ibid.* Pen. *c. 9.*

Clericus furtum capitale faciens; ſeptennii pœnitentiam explebit: Laicus quinquennii, & quod furatus eſt reddat.

Si quis per neceſſitatem, cibum, vel veſtem furatus ſit; in pœnitentia erit hebdomadas tres: ſi reddiderit, jejunare non cogitur. *P. R. tit. 4. cap. 4. c. 5. de fur.*

Qui fregerit noctu alicujus domum, aut aliquid auferet: pretium reddat, & *Bur. 119.*

pœnitentiam aget annum in pane & aqua: ſi non reddit, annos duos.

I. *Idem.* Si quis furtum de re minori ſemel, aut bis fecerit, reſtituta re, pœnitentiam aget annum unum.

P. R. tit. 9. c. 4. 14. q. 1. cap. 6. Qui rem inventam non reddit, furtum committit: idcirco tanquam de furto pœnitentiam aget.

P. R. tit. 9. c. 4. 14. q. 1. cap. 6. P. R. tit. 9. cap. 4. Si quis uſuras accipit, rapinam facit: ideoque quicumque illam exegerit, pœnitentiam aget annis tribus, uno in pane & aqua.

PRÆCEPTUM VII.

Non mœchaberis.

Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

P. R. tit. 3. cap. 1. Bur lib. 19. tit. de for. SI Laicus ſolutus cum fæmina ſoluta concubuerit, pœnitens erit annos tres: & quantò ſæpiùs, tanto majori pœnitentia afficietur.

Iti-

Itidem, qui cum ancilla coierit. *Sy.Mel.c.7.*

Uxor, conſcio Viro mœchata, ne in obitu quidem communicabitur: ſi dignam pœnitentiam egerit, poſt decem annos ſacram communem ſumet. *Syn. Mog. cap. 9. Pe R.t.16. cap. 2.*

Si quis Uxorem nolentem adulterium perpetrare coëgerit: pœnitentiam aget dies quadraginta in pane & aqua, & ſeptem præterea annos, è quibus unum in pane item & aqua. *Bur. lib. 9. cap. 9. Ex Pe. ver. Syn. Nant. cap. 14.*

Si quis Conjugem fornicari conſenſerit, diebus omnibus vitæ in pœnitentia erit arbitrio periti Sacerdotis. *Ivo par. 8. cap. 207. Bur. lib. 9. cap 70.*

Vir ſolutus, ſi cum alterius Uxore adulterium commiſerit: pœnitentiam aget annos ſeptem, Mulier quinque. *Ibidem.*

Mulier ſoluta, cum alterius Marito adulterium patrans, pœnitentia afficietur decennali: ille quinquennali. *Syn. Eli. cap. 69. P R. tit. 3. cap. 4.*

Si quis Maritus ſemel lapſus eſt, pœnitentiam aget annos quinque. *Bur. lib. 9. cap 70.*

a Si ſæpius mœchatus eſt, in fine mortis eſt conveniendus: ſique promiſerit ſe ceſſaturum, dabitur ei communio. *Ibidem. Sy. Eli. c. 69*

b Qui ſæpe fornicatur, Laicus cum Laica, pœnitentiam aget tres annos. *Pe. R. tit. 3. cap. 4.*

Si quis Uxorem ſimul & Concubinam habuerit; in pœnitentia erit annos ſeptem, & amplius pro ratione culpæ. *Bur. lib. 9. cap 67. Syn. Eli. c. 4 Pe. Bed. c. 2*

Mari-

Digitized by Google

a Ex. Con. Tot. 3. *b P. ibid.* Maritus ſi Ancillâ concubinâ utitur, pœnitentiam aget annum unum, quadrageſimas tres, & legitimas ferias tribus menſibus. Illa, ſi invita violatur, quadraginta dies; ſi conſentiens, quadrageſimas tres, & legitimas ferias.

P. R. c. 20. Qui cum Uxore ſua turpiter concubuerit, pœnitens erit quadraginta dies.

Si quis Adoleſcens cum Virgine peccarit, pœnitentiam aget annum unum.

Pe. Bed. c. 2. *Pe. R. c. 27.* *Bur. lib. 19.* Qui Puellam aut Mulierem libidinosè obtrectaverit, ſi Clericus eſt, quinque dies pœnitentiam aget: Monachus, vel Sacerdos, à miniſterio ſuſpenſus, pœnitens erit dies viginti.

Bur. lib. 19. cap. 138. Si quis in balneis cum Muliere ſe laverit, pœnitentiam aget triduò.

Bur. ibid. *Pe. R. c. 20.* Qui concupierit Virginem, quam poſtea Uxorem duxerit; pœnitentiam aget annum unum per legitimas ferias: ſi verò non duxerit, annos duos per legitimas ferias.

P. R. lib. Si quis Mulierem alii deſponſam in matrimonium duxerit, eam dimittet: & pœnitens erit quadraginta dies in pane & aqua, cum ſeptem annis ſequentibus.

Vidua

Vidua quæ ſtuprum admiſerit, pœnitentiam aget annum totum, & præterea in altero anno dies jejuniorum. *Pe. Bed.*

Si quis cum Uxoris ſuæ Sorore per imprudentiam fornicationem admiſerit; pœnitentiam ſibi indictam aget ſi probaverit ſe tale ſcelus inſcienter feciſſe. *Pen. R. c. 5.*

Cùm duabus Sororibus fornicatus, pœnitentiam aget toto ſuæ vitæ tempore: item. *Pen. R. c. 3. c. 7.*

Qui cum duabus Sororibus, vel cum Noverca, vel cum Sorore ſua, vel cum Amita, vel cum Nuru, vel quo denique inceſtum admiſerit: ab ingreſſu Eccleſiæ abſtinebit annum unum: quo anno præter Feſtos dies, pane ſolùm & aqua utetur, arma non feret, oſculum nemini præbebit, ſacram Communionem, niſi pro viatico non ſumet: ſex deindè annis Eccleſiam ingredietur, ſed carne, & vino, & ſicera non utetur, niſi Feſtis diebus. Poſtea vero duobus annis quando carne veſcetur, à potu vini abſtinebit: quòd ſi biberit, carne non veſcetur, niſi Dominicis diebus, & præcipuis Feſtis: deinde uſque ad obitum perpetuò præter Feſtos dies à carne abſtinebit. Tres legitimas ferias ſingulis hebdomadis jejunabit, & quadrageſimas *Syn. Mog. cap. 3 Bur. lib. 17. cap. 8. Ivo part. 9. cap. 70. Tart. lib. 5. cap. 30.*

,, cuti fuiſſe
,, tentiam pu
,, habet Ep
,, ne 31. in
tiâ Homicida
ſerunt , hoc
placuit obſe
Canones dec
" Blaſphemi
,, falſa teſtimo
,, crimina , no
,, morte : ſed
,, niâ redimer
,, pœnis civilib
,, iſti ſpectacul
,, rùm adeò null
,, ejuſmodi illuſ
,, conſputus nebul
terior".
" An non mu
,, Chriſtiani om
,, perditas Fran
,, poſſumus , deb
,, (quorum vit
,, Pœnitentiæ p
,, illis lachryman
,, retur , quàm
,, neæ irriſioni ,
,, quam fuerant

unum
ſia je-
præter
gmine,
it. Fi-
ſacræ
lios in
minora

pœni-
quidem
ingulis
in pane
rennio,
am fe-

nitentia Pe. R. tit. 3.
diutur- c. 17. & 19.
ne. Bur. lib. 17.
ſi ſervus cap. 3.
itebit an- Pe. R. tit 3.
onio jun- cap. 18.
nnos ſep- Bur. l c 34.
us matri- Iro par. 9.
dine ha- cap. 92.
ricus, de Tur. lib. 1.
itentiam cap. 33.
us admi-
, pœni-
ſi Cleri-
cus,

Digitized by Google

duas quadrageſimas: ſi Diaconus, ſeptem menſibus: ſi Presbyter, uno anno.

Pe. Ratit. 2. cap. 16. *Anſ. l. 11. cap. 33.*

Si quis Epiſcopus homicidium fecerit; in pœnitentia ſit quindecim annis, dignitatiſque gradu amoveatur, vitæque ſuæ curſum peregrinando conficiat. Presbyter pœnitens erit annos duodecim, quatuor ex his in pane & aqua: & Sacerdotii gradu privetur: Diaconus annos decem: tres ex his in pane & aqua: Clericus inferioris Ordinis, annos ſeptem, tres in pane & aqua.

Bur. lib. 10. cap. 60.

Si quis Fratri ſuo quem oderit, reconciliari non vult: tamdiu in pane & aqua pœnitentiam aget, quoad reconcilietur.

PRÆ-

PRÆCEPTUM VI.

Non furaberis.

Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

QUi furatus eſt aliquid de Eccleſiæ ſuppellectili, vel theſauro: quod ſuſtulit, reddet, & tres carinas cum ſeptem ſequentibus annis pœnitebit. *Pe.R.lib.4. cap.14. Bur.lib.19.*

Qui ſacras Reliquias furatus eſt, illis reſtitutis ſeptem carinas jejunabit. *Ibid.*

Pecuniam Eccleſiaſticam furatus, quadruplum reddet; ſi quid item de miniſterio Eccleſiæ aliquo modo ſurripuerit, pœnitens erit annos ſeptem. *Pe.R.tit.1. cap. 1. Bur.lib.11. cap. 27.*

Si quis vel Eccleſiaſticas oblationes rapuerit, vel rapientibus conſenſerit: quadruplum reſtituet, & canonicè pœnitens erit. *12. q.2.17. ex epiſt. Nicolai Papæ ad Frontarium Arch. Burdeg.*

Sacrilegus, rerumve Eccleſiaſticarum invaſor, uno anno extra Eccleſiam Dei maneat: ſecundo anno pro foribus Ec-

 cleſiæ

& par. 10. cap. 83. Pe. R. lib. 1. cap. 29. Bur. lib. 17 cap. 58. & lib. 19. Pe. R. tit. 1. cap. 31. Anſel. l. 11. cap. 41. 42. Pe. Bed. cap. 2. Ex pen. Th. a P. R. tit. 1. cap. 32. Bur. lib. 17. cap. 57. cap. ult. de hom.

dem. Deinde pœnitens erit tres annos per legitimas ferias: tres prætereà quadrageſimas in anno obſervabit. Si antè Baptiſmum, quadraginta dies ut ſuprà, & quinquennii prætereà pœnitentiam explebit.

Cujus parvulus ſine Baptiſmo per negligentiam morietur, tres annos pœniteat: unum in pane & aqua. Infans infirmus & Paganus ſi commendetur Presbytero, ſi moritur abſque Baptiſmo, deponatur: & ſi per negligentiam parentum fuit, annum unum pœniteat.

a Cujus filius ſine Confirmationis ſacramento moritur, Parentes, quorum negligentia id factum eſt, pœnitentiam agent annos tres.

Si quis explendæ cauſa libidinis, vel odii meditatione, ut non ex eo ſoboles naſcatur, homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, ut non poſſet generare, aut concipere; homicida teneatur.

Pe. R. tit. 1. cap. 11. Grat. 33. q. 2. c. 8 Bur. lib. 6. cap. 40. Ivo par. 8. cap. 126.

Occidiſti Uxorem tuam, legitimo matrimonio ſociatam, ſine cauſa mortis, non tibi reſiſtentem, non inſidiantem quoquo modo vitæ tuæ: non inveniſti eam cum alio viro nefariam rem facientem: ſed incitatus à Diabolo, impio inflammatus furore, latronum more, atro-

cios

cior & crudelior omni bellua, eam gladio tuo interemiſti. Et nunc poſt mortem ejus addis iniquitatem, Filiorum tuorum improbe prædo: qui Matri non peperciſti, & Filios tuos ideo orphanos feciſti, ut ſuperinduceres mortis cauſam poſt mortem. Et per unum homicidam, & reprobum teſtem incuſare vis mortuam, hoc nec Evangelium, nec ulla divina, humanaque lex concedit, ut unius teſtimonio etiam idoneo aliquis condemnetur, vel juſtificetur.

Quantò magis per iſtum tam flagitioſum & ſceleſtum, nec illa viva debuit condemnari; nec tu poteris poſt ejus mortem excuſari. Prius cauſa criminis ſubtiliter erat inveſtiganda: & tunc ſi rea fuiſſet inventa ſecundùm legis tramitem debuit excipere ultionis vindictam. Nam & ſi verum (quod abſit) fuiſſet, ſicut ille adulter mentitus eſt; poſt ſeptem annos pœnitentiâ peractâ dimittere eam per approbatam cauſam poteras, ſi voluiſſes: occidere eam nullatenus debuiſti. Duo conſilia proponimus tibi: accepta tecum deliberatione duorum, elige magis quod placeat & miſerere animæ tuæ: & tu hic in iſto anguſto tempore poſitus, ne ſis tu ipſe tuimet homicida, & in æternum pereas. Relinque

hoc malignum ſeculum, quod te traxit ad tam immaniſſimum peccati facinus; multorum Fratrum precibus adjutus obſerva cuncta ſimplici animo, quæ tibi ab Abbate fuerint imperata, ſi fortè ignoſcat infinita Dei bonitas peccatis tuis. Iſtud conſilium, certiſſimè ſcias tibi levius, ac ſalubrius eſſe; ut ſub alterius cuſtodia lugeas deflenda peccata. Secundum autem conſilium tale eſt. Arma depone, & cuncta ſecularia negotia dimitte. Carnem & ſagimen omnibus diebus vitæ tuæ non comedas, excepto uno die Reſurrectionis Domini, & uno die Natalis Domini. Cæteris temporibus in pane & aqua, & interdum leguminibus & oleribus pæniteas. In jejuniis, & vigiliis, & orationibus, & in eleemoſynis perſevera omni tempore. Vinum & medonem, & mellitam, & cervìſiam numquam bibas; niſi in illis prædictis tribus diebus. Uxorem ne ducas, concubinam non habeas, adulterium non facias, abſque conjugio in perpetuo permaneas. Numquam te in balneo laves; equum non aſcendas, cauſam tuam & alterius in conventu fidelium non agas. In conviviis lætantium nunquam ſedeas; in Eccleſia ſegregatus ab aliis Chriſtianis poſt oſtium humilis ſtes, ingredientium, & egre-

egredientium orationibus te ſuppliciter commendes. Communione Sacri Corporis, & ſanguinis Domini cunctis diebus vitæ tuæ indignum te exiſtimes; in ultimo termino vitæ tuæ pro viatico (ſi obſervaveris conſilium) ut accipias, tibi concedimus. Sunt & alia multò duriora, quæ tibi juxtà pondus tanti facinoris eſſent adjicienda, ſed ſi hæc omnia, quæ ſupra miſericorditer dicta ſunt, perfecto corde, Deo auxiliante perfeceris, & cuſtodieris; confidimus de immenſa clementia Dei, remiſſionem tuorum peccatorum te habiturum; & ſecundùm boni juſtique Paſtoris imperium reſolvat te ſancta Eccleſia ab hoc vinculo peccati in terris, ut per ipſius gratiam, qui eam ſuo ſanguine redemerat, ſis ſolutus in cœlis. Sin autem aliter feceris, & ſanctæ Matris Eccleſiæ ſalubre conſilium deſpexeris, ipſe tibi ſis judex, & in laqueo Diaboli, quo irretitus teneris, maneas; ſanguiſque tuus ſit ſuper caput tuum, & ſub indiſſolubili anathemate permaneas: donec Deo, & ſanctæ Eccleſiæ ſatisfacias.

Si mulier Maritum ſuum cauſa fornicationis veneno interfecerit, aut quacumque arte perimere facit: quia Dominum & ſeniorem ſuum occidit, ſeculum relinquat, & in Monaſterio peniteat.

Qui mortem ſibi conſciverit : pro eo nulla in Miſſa commemoratio fiat, neque cum pſalmis ejus cadaver ſepeliatur.

Si quis ſpontè hominem occiderit, ad januam Eccleſiæ ſemper erit : & in obitu communionem recipiat. Si caſu necarit, pœnitentiam aget annos ſeptem : ex alterius Canonis præſcripto annos quinque.

Si quis hominem necare voluerit, neque hoc ſcelus patrare potuerit : ut homicida pœnitentiâ afficietur.

Alius Canon de homicidio voluntario.

Si quis homicidium ſponte commiſerit, vel odio, vel poſſidendæ hæreditatis cauſa : primò jejunet in pane & aqua, deinde pœnitentiam agat annis ſeptem. Primo anno poſt illos quadraginta dies, à vino, caſeo, piſce, abſtinebit. In ſecundo, & tertio ſimiliter jejunet : tertiam autem, & quintam feriam, ac Sabbatum redimere poteſt. Reliquis quatuor annis jejunabit in ſingulis tres quadrageſimas :

pri-

primam ante Paſcha; alteram ante diem feſtum Sancti Joannis Baptiſtæ; tertiam ante Nativitatem Domini.

Si quis fecerit homicidium pro vindicta parentum, ita pœnitentiam aget, ut homicida voluntarius. Itidem pro vindicta Fratris. *Pe.R.tit.I. cap. 10. Bur. lib.16. cap.32.*

Qui pro vindicta Fratris, annum unum, & in ſequentibus duobus annis, tres quadrageſimas, & legitimas ferias. *P.Bed.c.*

Si quis per iram ſubitam, aut per rixam hominem necarit; pœnitentiam aget annos tres. *Ibid.*

Si quis juſſu Domini homicidium perpetrarit; dies quadraginta in pane & aqua, & prætereà ſeptem annos ſequentes per legitimas ferias jejunabit. *Bed.ibid.*

Qui in bello publico juſſu Principis legitimi Tyrannum interfecerit; pœnitens erit tres quadrageſimas per legitimas ferias. *Bur. lib. 19 cap. 5.*

Qui liber, jubente majore ſuo, innocentem occiderit, pœnitentiam aget annum unum, & ſequentes duos, tres quadrageſimas & legitimas ferias. *Bur. ibid.*

Qui homicidii auctor fuit ob conſilium quod dedit; erit in pœnitentia quadraginta dies in pane & aqua, cum ſeptem ſequentibus annis.

Qui inſidiatus eſt alicui, ut occidatur,

tur, licet ipſe non occiderit; pœnitentiam agat quadraginta dies in pane & aqua, & ſeptem ſequentes annos obſervabit.

Pe. R. c. 25. Bur. lib. 19. c. 9. de accu. Qui accuſarit aliquem, ob eamque accuſationem occiſus eſt: quadraginta dies in pane & aqua, cum ſeptem ſequentibus annis in pœnitentia verſari debet. Si autem ob accuſationem debilitatus eſt; tres quadrageſimas pœnitebit per legitimas ferias.

Qui inſanus homicidium perpetrarit; leviorem pœnitentiam explebit.

Pe. R. c. 25. Bur. lib. 6. cap. 20. Qui publicè pœnitentem occiderit, tamquam de homicidio ſponte commiſſo duplicem pœnitentiam aget.

Ivo par. 10. cap. 49. Pe. R. c. 24. Qui furem aut latronem interfecerit, quadraginta dies ab Eccleſiæ ingreſſu abſtinebit: & præterea in tertia feria, & in ſexta, & in Sabbato jejunabit.

Pe. R. c. 3. Bur lib. 3. cap. 16. Si quis caſu homicidium fecerit; pœnitens erit quadraginta dies, in pane & aqua: his peractis, biennio ab oratione fidelium ſegregatus non communicabit, neque offeret. Poſt biennium, in communionem orationis ſuſcipietur: offeret autem, non tamen communicabit. Poſt quinquennium ad plenam communionem recipietur: à cibis abſtinebit arbitratu Sacerdotis.

Qui

Qui hominem tanquam feram aliquam latentem inopinatò occiderit; quadraginta dies pœnitentiam aget in pane & aqua; & quinque ſequentes annos arbitratu Sacerdotis. *Bur. lib. 19.*

Si plures hominum unum per rixam adorti occiderint, quicumque eorum plagam ei inflixerit, tanquam homicida pœnitentiam aget. *Pe. R. t. 1. cap. 15. Bur. lib. 6. cap. 24. 23. q. 8. ult.*

Qui homicidio, quod poſtea factum eſt, conſenſerit; pœnitentiam aget annis ſeptem, tres in pane & aqua. Sin autem voluerit, nec verò potuerit; tres tantùm annos. Si quis nolens homicidium patrarit, pœnitebit quinque annis, & duobus in pane & aqua. *P. R tit. 1. cap 17. Anſ. l. 11. cap. 34.*

Si quis aliquem vulneraverit, vel ei aliquod membrum præciderit; pœnitentiam aget uno anno per legitimas ferias: ſique cicatrix gravis eſt, ut vulneratum deformem reddat; quadraginta etiam dies pœnitebit in pane & aqua. *Pe. R. tit. 1. cap. 23. Bur. lib. 19. Anſel. l. 11. cap. 62.*

Si quis ictum proximo dederit, nec nocuerit, tridui pœnitentiam aget in pane & aqua: Clericus, unius anni & menſium ſex. *Pe. R. tit. 4 cap. 19.*

Si quis aliquem per iram percutiens debilitaverit, ſolutâ medicamenti impensâ, ſi Laicus eſt, pœnitens erit quadraginta dies in pane & aqua: ſi Clericus, *Pe. R. tit. 1. cap. 16. Anſ. l. 11. c. 36.*

Digitized by Google

duas quadrageſimas: ſi Diaconus, ſeptem menſibus: ſi Presbyter, uno anno.

Pe. R. tit. 2. cap. 16.
Anſ. l. 11. cap. 33.
Si quis Epiſcopus homicidium fecerit; in pœnitentia ſit quindecim annis, dignitatiſque gradu amoveatur, vitæque ſuæ curſum peregrinando conficiat. Presbyter pœnitens erit annos duodecim, quatuor ex his in pane & aqua: & Sacerdotii gradu privetur: Diaconus annos decem: tres ex his in pane & aqua: Clericus inferioris Ordinis, annos ſeptem, tres in pane & aqua.

Bur. lib. 10. cap. 60.
Si quis Fratri ſuo quem oderit, reconciliari non vult: tamdiu in pane & aqua pœnitentiam aget, quoad reconcilietur.

PRÆ-

PRÆCEPTUM VI.

Non furaberis.

Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

Qui furatus eſt aliquid de Eccleſiæ ſuppellectili, vel theſauro: quod ſuſtulit, reddet, & tres carinas cum ſeptem ſequentibus annis pœnitebit. *Pe.R.lib.4. cap.14. Bur.lib.19.*

Qui ſacras Reliquias furatus eſt, illis reſtitutis ſeptem carinas jejunabit. *Ibid.*

Pecuniam Eccleſiaſticam furatus, quadruplum reddet: ſi quid item de miniſterio Eccleſiæ aliquo modo ſurripuerit, pœnitens erit annos ſeptem. *Pe.R.tit.1. cap. 1. Bur.lib.11. cap. 27.*

Si quis vel Eccleſiaſticas oblationes rapuerit, vel rapientibus conſenſerit: quadruplum reſtituet, & canonicè pœnitens erit. *12. q.2.17. ex epiſt. Nicolai Papæ ad Frontarium Arch. Burdeg.*

Sacrilegus, rerumve Eccleſiaſticarum invaſor, uno anno extra Eccleſiam Dei maneat: ſecundo anno pro foribus Eccleſiæ

& par. 10. cap. 83. Pe. R. lib. 1. cap. 29. Bur. lib. 17 cap. 58. & lib. 19. Pe. R. tit. 1. cap. 31. Anſel. l. 11. cap. 41. 42. Pe. Bed. cap. 2. Ex pen. Th. a P. R. tit. 1. cap. 32. Bur. lib. 17. cap. 57. cap. ult. de hom.

dem. Deinde pœnitens erit tres annos per legitimas ferias: tres præterea quadrageſimas in anno obſervabit. Si antè Baptiſmum, quadraginta dies ut ſuprà, & quinquennii præterea pœnitentiam explebit.

Cujus parvulus ſine Baptiſmo per negligentiam morietur, tres annos pœniteat; unum in pane & aqua. Infans infirmus & Paganus ſi commendetur Presbytero, ſi moritur abſque Baptiſmo, deponatur: & ſi per negligentiam parentum fuit, annum unum pœniteat.

a Cujus filius ſine Confirmationis ſacramento moritur, Parentes, quorum negligentia id factum eſt, pœnitentiam agent annos tres.

Si quis explendæ causâ libidinis, vel odii meditatione, ut non ex eo ſoboles naſcatur, homini, aut mulieri aliquid ſecarit, vel ad potandum dederit, ut non poſſet generare, aut concipere; homicida teneatur.

Pe. R. tit. 1. cap. 11. Grat. 33. q. 2. c. 8 Bur. lib. 6. cap. 40. Ivo par. 8. cap. 126.

Occidiſti Uxorem tuam, legitimo matrimonio ſociatam, ſine cauſa mortis, non tibi reſiſtentem, non inſidiantem quoquo modo vitæ tuæ: non inveniſti eam cum alio viro nefariam rem facientem: ſed incitatus à Diabolo, impio inflammatus furore, latronum more, atro-

cios

cior & crudelior omni bellua, eam gladio tuo interemiſti. Et nunc poſt mortem ejus addis iniquitatem, Filiorum tuorum improbe prædo: qui Matri non pepercisti, & Filios tuos ideo orphanos feciſti, ut superinduceres mortis cauſam poſt mortem. Et per unum homicidam, & reprobum teſtem incuſare vis mortuam, hoc nec Evangelium, nec ulla divina, humanaque lex concedit, ut unius teſtimonio etiam idoneo aliquis condemnetur, vel juſtificetur.

Quantò magis per iſtum tam flagitioſum & ſceleſtum, nec illa viva debuit condemnari; nec tu poteris poſt ejus mortem excuſari. Prius cauſa criminis ſubtiliter erat inveſtiganda: & tunc ſi rea fuiſſet inventa ſecundùm legis tramitem debuit excipere ultionis vindictam. Nam & ſi verum (quod abſit) fuiſſet, ſicut ille adulter mentitus eſt; poſt ſeptem annos pœnitentiâ peractâ dimittere eam per approbatam cauſam poteras, ſi voluiſſes: occidere eam nullatenus debuiſti. Duo conſilia proponimus tibi: accepta tecum deliberatione duorum, elige magis quod placeat & miſerere animæ tuæ: & tu hic in iſto anguſto tempore poſitus, ne ſis tu ipſe tuimet homicida, & in æternum pereas. Relinque

egredientium orationibus te ſuppliciter commendes. Communione Sacri Corporis, & ſanguinis Domini cunctis diebus vitæ tuæ indignum te exiſtimes; in ultimo termino vitæ tuæ pro viatico (ſi obſervaveris conſilium) ut accipias, tibi concedimus. Sunt & alia multò duriora, quæ tibi juxtà pondus tanti facinoris eſſent adjicienda, ſed ſi hæc omnia, quæ ſupra miſericorditer dicta ſunt, perfecto corde, Deo auxiliante perfeceris, & cuſtodieris; confidimus de immenſa clementia Dei, remiſſionem tuorum peccatorum te habiturum; & ſecundùm boni juſtique Paſtoris imperium reſolvat te ſancta Eccleſia ab hoc vinculo peccati in terris, ut per ipſius gratiam, qui eam ſuo ſanguine redemerat, ſis ſolutus in cœlis. Sin autem aliter feceris, & ſanctæ Matris Eccleſiæ ſalubre conſilium deſpexeris, ipſe tibi ſis judex, & in laqueo Diaboli, quo irretitus teneris, maneas: ſanguiſque tuus ſit ſuper caput tuum, & ſub indiſſolubili anathemate permaneas: donec Deo, & ſanctæ Eccleſiæ ſatisfacias.

Si mulier Maritum ſuum cauſa fornicationis veneno interfecerit, aut quacumque arte perimere facit: quia Dominum & ſeniorem ſuum occidit, ſeculum relinquat, & in Monaſterio peniteat.

Qui mortem ſibi conſciverit: pro eo nulla in Miſſa commemoratio fiat, neque cum pſalmis ejus cadaver ſepeliatur.

Si quis ſpontè hominem occiderit, ad januam Eccleſiæ ſemper erit: & in obitu communionem recipiat. Si caſu necarit, pœnitentiam aget annos ſeptem: ex alterius Canonis præſcripto annos quinque.

Si quis hominem necare voluerit, neque hoc ſcelus patrare potuerit: ut homicida pœnitentiâ afficietur.

Alius Canon de homicidio voluntario.

Si quis homicidium ſponte commiſerit, vel odio, vel poſſidendæ hæreditatis cauſa: primò jejunet in pane & aqua, deinde pœnitentiam agat annis ſeptem. Primo anno poſt illos quadraginta dies, à vino, caſeo, piſce, abſtinebit. In ſecundo, & tertio ſimiliter jejunet: tertiam autem, & quintam feriam, ac Sabbatum redimere poteſt. Reliquis quatuor annis jejunabit in ſingulis tres quadrageſimas: pri-

primam ante Paſcha; alteram ante diem feſtum Sancti Joannis Baptiſtæ; tertiam ante Nativitatem Domini.

Si quis fecerit homicidium pro vindicta parentum, ita pœnitentiam aget, ut homicida voluntarius. Itidem pro vindicta Fratris. *Pe.R.tit.I. cap. 10. Bur. lib.16. cap.32.*

Qui pro vindicta Fratris, annum unum, & in ſequentibus duobus annis, tres quadrageſimas, & legitimas ferias. *P.Bed.c.*

Si quis per iram ſubitam, aut per rixam hominem necarit; pœnitentiam aget annos tres. *Ibid.*

Si quis juſſu Domini homicidium perpetrarit; dies quadraginta in pane & aqua, & prætereà ſeptem annos ſequentes per legitimas ferias jejunabit. *Bed.ibid.*

Qui in bello publico juſſu Principis legitimi Tyrannum interfecerit; pœnitens erit tres quadrageſimas per legitimas ferias. *Bur. lib. 19 cap. 5.*

Qui liber, jubente majore ſuo, innocentem occiderit, pœnitentiam aget annum unum, & ſequentes duos, tres quadrageſimas & legitimas ferias. *Bur. ibid.*

Qui homicidii auctor fuit ob conſilium quod dedit; erit in pœnitentia quadraginta dies in pane & aqua, cum ſeptem ſequentibus annis.

Qui inſidiatus eſt alicui, ut occidatur,

tur, licet ipſe non occiderit; pœnitentiam agat quadraginta dies in pane & aqua, & ſeptem ſequentes annos obſervabit.

Pe. R. c. 25. Bur. lib. 19. c. 9. de accu. Qui accuſarit aliquem, ob eamque accuſationem occiſus eſt: quadraginta dies in pane & aqua, cum ſeptem ſequentibus annis in pœnitentia verſari debet. Si autem ob accuſationem debilitatus eſt; tres quadrageſimas pœnitebit per legitimas ferias.

Qui inſanus homicidium perpetrarit; leviorem pœnitentiam explebit.

Pe. R c. 25. Bur. lib. 6. cap. 20. Qui publicè pœnitentem occiderit, tamquam de homicidio ſponte commiſſo, duplicem pœnitentiam aget.

Ivo par. 10. cap. 49. Pe. R. c. 24. Qui furem aut latronem interfecerit, quadraginta dies ab Eccleſiæ ingreſſu abſtinebit: & præterea in tertia feria, & in ſexta, & in Sabbato jejunabit.

Pe. R. c. 3. Bur lib. 3. cap. 16. Si quis caſu homicidium fecerit; pœnitens erit quadraginta dies, in pane & aqua: his peractis, biennio ab oratione fidelium ſegregatus non communicabit, neque offeret. Poſt biennium, in communionem orationis ſuſcipietur: offeret autem, non tamen communicabit. Poſt quinquennium ad plenam communionem recipietur: à cibis abſtinebit arbitratu Sacerdotis.

Qui

Qui hominem tanquam feram aliquam latentem inopinatò occiderit; quadraginta dies pœnitentiam aget in pane & aqua; & quinque ſequentes annos arbitratu Sacerdotis. *Bur. lib. 15.*

Si plures homines unum per rixam adorti occiderint, quicumque eorum plagam ei inflixerit, tanquam homicida pœnitentiam aget. *Pe. R. t. 1. cap. 15. Bur. lib. 6. cap. 24. 23. q. 8. ult.*

Qui homicidio, quod poſtea factum eſt, conſenſerit; pœnitentiam aget annis ſeptem, tres in pane & aqua. Sin autem voluerit, nec verò potuerit; tres tantùm annos. Si quis nolens homicidium patrarit, pœnitebit quinque annis, & duobus in pane & aqua. *P. R tit. 1. cap 17. Anſ. l. 11. cap. 34.*

Si quis aliquem vulneraverit, vel ei aliquod membrum præciderit; pœnitentiam aget uno anno per legitimas ferias: ſique cicatrix gravis eſt, ut vulneratum deformem reddat; quadraginta etiam dies pœnitebit in pane & aqua. *Pe. R. tit. 1. cap. 23. Bur. lib. 19. Anſel. l. 11. cap. 62.*

Si quis ictum proximo dederit, nec nocuerit, tridui pœnitentiam aget in pane & aqua: Clericus, unius anni & menſium ſex. *Pe. R. tit. 4 cap. 19.*

Si quis aliquem per iram percutiens debilitaverit, ſolutâ medicamenti impensâ, ſi Laicus eſt, pœnitens erit quadraginta dies in pane & aqua: ſi Clericus, *Pe. R. tit. 1. cap. 16. Anſ. l. 11. c. 36.*

PRÆCEPTUM VI.

Non furaberis.

Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

QUi furatus eſt aliquid de Eccleſiæ ſuppelleƈtili, vel theſauro: quod ſuſtulit, reddet, & tres carinas cum ſeptem ſequentibus annis pœnitebit. *Pe.R.lib.4. cap.14. Bur.lib.19.*

Qui ſacras Reliquias furatus eſt, illis reſtitutis ſeptem carinas jejunabit. *Ibid.*

Pecuniam Eccleſiaſticam furatus, quadruplum reddet: ſi quid item de miniſterio Eccleſiæ aliquo modo ſurripuerit, pœnitens erit annos ſeptem. *Pe.R.lit.1. cap. 1. Bur.lib.11. cap. 27.*

Si quis vel Eccleſiaſticas oblationes rapuerit, vel rapientibus conſenſerit: quadruplum reſtituet, & canonicè pœnitens erit. *12. q.2.17.*

Sacrilegus, rerumve Eccleſiaſticarum invaſor, uno anno extra Eccleſiam Dei maneat: ſecundo anno pro foribus Eccleſiæ *ex epiſt. Nicolai Papæ ad Frontarium Arch. Burdeg.*

cleſiæ ſine communione maneat: tertio anno in Eccleſia inter Audientes ſit ſine oblatione: carne, vinoque abſtineat, præterquam in Paſcha, & die Natali: quarto anno, ſi fructuoſus triennio pœnitentiæ fructus extiterit, communioni fidelium reſtituatur; ea lege, ut ſpondeat ſe inpoſterum tale quidquam non commiſſurum; præterea ſine eſu carnis, & potatione vini, uſque ad ſeptennium pœnitens permanebit.

P. R. tit. 4. cap. 17. Bur. lib. 19. 17. 9. 4. c. 14 Iunon. pa vor. cap. 6. Ius. 11. in Syn. R. c. 23 qu. 8. tit. 32. P. R. tit. 8. cap. 17.

Qui Eccleſiam incenderit, illam reſtituet, pœnitentiamque aget annos quindecim, & pretium det pauperibus. Itidem qui incendio conſenſerit.

Si quis malo ſtudio, vel odio, vel ulciſcendæ injuriæ causâ, incendium commiſerit, committive juſſerit, curaverit, aut incendiario auxilium, vel conſilium, ſcienter dederit; excommunicabitur: ſi mortuus erit, Chriſtiana ſepultura carebit. Nec vero abſolvetur, niſi damnum pro facultatibus reſarciverit, juretque ſe inpoſterum tale facinus numquam admiſſurum. Pœnitentia propterea hæc ei conſtituetur, ut Hieroſolymis, aut in Hiſpania in ſervitio Dei totum annum permaneat.

Pe. R. tit. 4. cap. 7.

Si quis ſepulchrum violaverit; pœnitens

tens erit annos ſeptem: è quibus tres in pane & aqua. *Ivo par. 13. cap. 44.*

Qui ſepulchrum infregerit ut defuncti ſepulti veſtimenta furaretur, pœnitens erit annos duos per legitimas ferias. *Bur. lib. 10.*

Qui de oblationibus, quæ Eccleſiis factæ ſunt, aliquid retinuerit: pœnitens erit dies quadraginta in pane & aqua. *Bur. lib. 19. de obl. Pe. R. tit. 1. cap. 16.*

Qui decimam ſibi retinuerit, aut dare neglexerit; quadruplum reſtituet, & pœnitentiam aget dies viginti in pane & aqua. *Bur. ibid. Pe. ib. c. 8.*

Qui hoſpitalis domus Adminiſtrator, aliquid de adminiſtratione ſubtraxerit, reſtituet quod abſtulit; pœnitenſque erit annos tres. *Pe. R. tit. 1. cap. 3.*

Qui Pauperem oppreſſerit, ejuſque bona abſtulerit: reddet ei ſuum, & pœnitens erit dies triginta in pane & aqua. *Bur. ibid. Pen. c. 9.*

Clericus furtum capitale faciens; ſeptennii pœnitentiam explebit: Laicus quinquennii, & quod furatus eſt reddat.

Si quis per neceſſitatem, cibum, vel veſtem furatus ſit; in pœnitentia erit hebdomadas tres: ſi reddiderit, jejunare non cogitur. *P. R. tit. 4. cap. 4. c. 5. de fur.*

Qui fregerit noctu alicujus domum, aut aliquid auferet: pretium reddat, & pœ- *Bur. 119.*

pœnitentiam ager annum in pane & aqua: ſi non reddit, annos duos.

1. Idem. Si quis furtum de re minori ſemel, aut bis fecerit, reſtituta re, pœnitentiam aget annum unum.

Pe. R. tit. 9. c. 4. 14. q. 1. cap. 6. Qui rem inventam non reddit, furtum committit: idcirco tanquam de furto pœnitentiam aget.

P. R. tit. 9. c. 4. 14. q. 1. cap. 6. P. R. tit. 9. cap. 4. Si quis uſuras accipit, rapinam facit: ideoque quicumque illam exegerit, pœnitentiam aget annis tribus, uno in pane & aqua.

PRÆCEPTUM VII.

Non mœchaberis.

Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc preceptum aliquo modo peccarit.

P. R. tit. 3. cap. 1. Bur lib. 19. tit. de for. SI Laicus ſolutus cum fæmina ſoluta concubuerit, pœnitens erit annos tres: & quantò ſæpiùs, tanto majori pœnitentia afficietur.

Iti-

Digitized by Google

Itidem, qui cum ancilla coierit. *Sy.Mel.c.7.*

Uxor, conſcio Viro mœchata, ne in obitu quidem communicabitur: ſi dignam pœnitentiam egerit, poſt decem annos ſacram communem ſumet. *Syn. Mog. cap. 9. Pe R.t.16. cap. 2.*

Si quis Uxorem nolentem adulterium perpetrare coëgerit: pœnitentiam aget dies quadraginta in pane & aqua, & ſeptem præterea annos, è quibus unum in pane item & aqua. *Bur. lib. 9. cap. 9. Ex Pe. ver. Syn. Nant. cap. 14.*

Si quis Conjugem fornicari conſenſerit, diebus omnibus vitæ in pœnitentia erit arbitrio periti Sacerdotis. *Ivo par. 8. cap. 207. Bur lib. 9.*

Vir ſolutus, ſi cum alterius Uxore adulterium commiſerit: pœnitentiam aget annos ſeptem, Mulier quinque. *cap 70. Ibidem. Syn. Eli.*

Mulier ſoluta, cum alterius Marito adulterium patrans, pœnitentia afficietur decennali: ille quinquennali. *cap.69. P R. tit.3. cap. 4.*

Si quis Maritus ſemel lapſus eſt, pœnitentiam aget annos quinque. *Bur. lib. 9. cap 70.*

a Si ſæpius mœchatus eſt, in fine mortis eſt conveniendus: ſique promiſerit ſe ceſſaturum, dabitur ei communio. *Ibidem. Sy.Eli.c.69 Pe.R.tit.3. cap. 4.*

b Qui ſæpe fornicatur, Laicus cum Laica, pœnitentiam aget tres annos. *Bur. lib. 9. cap 67.*

Si quis Uxorem ſimul & Concubinam habuerit; in pœnitentia erit annos ſeptem, & amplius pro ratione culpæ. *Syn.Eli.c.4 Pe.Bed.c.2*

Mari-

a Ex. Con. Tot. 3. b P. ibid. Maritus ſi Ancillâ concubinâ utitur, pœnitentiam aget annum unum, quadrageſimas tres, & legitimas ferias tribus menſibus. Illa, ſi invita violatur, quadraginta dies; ſi conſentiens, quadrageſimas tres, & legitimas ferias.

P. R. c. 20. Qui cum Uxore ſua turpiter concubuerit, pœnitens erit quadraginta dies.

Si quis Adoleſcens cum Virgine peccarit, pœnitentiam aget annum unum.

Pe. Bed. c. 2. Pe. R. c. 27. Bur. lib. 19. Qui Puellam aut Mulierem libidinosè obtrectaverit, ſi Clericus eſt, quinque dies pœnitentiam aget: Monachus, vel Sacerdos, à miniſterio ſuſpenſus, pœnitens erit dies viginti.

Bur. lib. 19. cap. 138. Si quis in balneis cum Muliere ſe laverit, pœnitentiam aget triduò.

Bur. ibid. Pe. R. c. 20. Qui concupierit Virginem, quam poſtea Uxorem duxerit; pœnitentiam aget annum unum per legitimas ferias: ſi verò non duxerit, annos duos per legitimas ferias.

P. R. lib. Si quis Mulierem alii deſponſam in matrimonium duxerit, eam dimittet: & pœnitens erit quadraginta dies in pane & aqua, cum ſeptem annis ſequentibus.

Vidua

Vidua quæ ſtuprum admiſerit, pœnitentiam aget annum totum, & præterea in altero anno dies jejuniorum. Pe. Bed.

Si quis cum Uxoris ſuæ Sorore per imprudentiam fornicationem admiſerit; pœnitentiam ſibi indictam aget ſi probaverit ſe tale ſcelus inſcienter feciſſe. Pen. R. c. 5.

Cùm duabus Sororibus fornicatus, pœnitentiam aget toto ſuæ vitæ tempore: item. Pen. R. c. 3. c. 7.

Qui cum duabus Sororibus, vel cum Noverca, vel cum Sorore ſua, vel cum Amita, vel cum Nuru, vel quo denique inceſtum admiſerit: ab ingreſſu Eccleſiæ abſtinebit annum unum: quo anno præter Feſtos dies, pane ſolùm & aqua utetur, arma non feret, oſculum nemini præbebit, ſacram Communionem, niſi pro viatico non ſumet: ſex deindè annis Eccleſiam ingredietur, ſed carne, & vino, & ſicera non utetur, niſi Feſtis diebus. Poſtea vero duobus annis quando carne veſcetur, à potu vini abſtinebit: quòd ſi biberit, carne non veſcetur, niſi Dominicis diebus, & præcipuis Feſtis: deinde uſque ad obitum perpetuò præter Feſtos dies à carne abſtinebit. Tres legitimas ferias ſingulis hebdomadis jejunabit, & quadrageſimas

Syn. Mog. cap. 3. Bur. lib. 17. cap. 8. Ivo part. 9. cap. 70. Tart. lib. 5. cap. 30.

Digitized by Google

mas tres ſingulis annis legitimè cuſtodiet.

Pen. R. c. 14 Bur. lib. 19 cap. 21. Qui inceſtum fecerit, ei, alii annorum duodecim, alii quindecim, alii decem, alii ſeptem pœnitentiam conſtituunt.

Pe. R. tit. 8 cap. 3. Quicumque Sacerdos ſpiritualem Filiam violaverit, dignitatis honorem amittet, & perpetuam pœnitentiam aget.

P. R. tit. 8. cap. 4. Qui item Sacerdos hoc facinus admiſerit, omni muneris ſui functione mulctatus pœnitentiam, etiam peregrinando, aget annos quindecim; deinde in Monaſterium abiens toto vitæ tempore ibi Deo ſerviet; fœmina autem res ſuas in eleëmoſynam pauperibus conferet, & in Monaſterio Deo ſerviet omnibus vitæ ſuæ diebus.

c C. Si quis Sacer. 30. qu. 1. Cap. devotam. 27. q. 1. c Si Epiſcopus hoc admiſerit, pœnitentiam aget annos quindecim.

Pe. R. tit. 8. cap. 6. Qui Monialem violarit, pœnitens ſit annis decem.

Grat. diſſ. 82. c. ult. Anſ. l. 8. c. ult. Bed. cap. 8. in pen. Presbyter ſi fornicationem admiſerit, ſpontè confeſſus, pœnitentiam aget annos decem; hoc modo: tribus menſibus à cæteris remotus, pane & aqua jejunabit; diebus autem Feſtis modico vino, piſciculis, & legumine utetur: ſacco indutus humi cubabit, diu noctuque miſericor-

riçordiam Dei implorans. Deinde unum annum & ſex menſes in pœnitentia jejunioque panis & aquæ explebit, præter Feſtos dies, in quibus vino, & ſagimine, caſeo, oviſque canonicè uti poterit. Finito primo anno & dimidio, ſacræ Communionis particeps fiet, Pſalmos in choro ultimus canet, officia minora geret.

Poſtea verò quàm ſeptimum pœnitentiæ annum expleverit, omni quidem tempore, præter Paſchales dies, ſingulis hebdomadis per legitimas ferias in pane & aqua jejunabit: Expleto ſeptennio, uſque ad finem decimi anni ſextam feriam in pane & aqua jejunabit.

Qui cum brutis coierit, pœnitentia afficietur annorum decem, & diuturniori etiam pro perſonæ conditione. *Pe. R. tit. 3. c. 17. & 19. Bur. lib. 17. cap. 3.*

Qui contra naturam coierit, ſi ſervus eſt, ſcopis caſtigabitur, & pœnitebit annos duos; ſi liber eſt matrimonio junctus, annos decem: ſi ſolutus, annos ſeptem: pueri dies centum: Laicus matrimonio conjunctus ſi in conſuetudine habet, annos quindecim: ſi Clericus, de gradu amotus, ut Laicus pœnitentiam aget. Qui cum Fratre tale ſcelus admiſerit, ab omni carne abſtinebit, pœnitenſque erit annos quindecim: ſi Clericus, *Pe. R. tit. 3. cap. 18. Bur. l. c. 34. Ivo par. 9. cap. 92. Tur. lib. 1. cap. 33.*

cus, diuturniori, & graviori pœnitentia afficietur.

Pe.R.tit.3. cap. 15. Bur.lib.17. cap. 27.

Mulier in ſe, aut cum altera fornicans, pœnitentia afficietur duorum annorum. Vir ſe inquinans primò, dies decem: ſi iterùm, dies viginti: ſi tertiò, dies triginta: ſique nefariè agere perget, pœnitentiæ acceſſio ei fiet: ſi puer, dies quadraginta: ſi major quindecim annis, dies centum.

Puer parvulus oppreſſus à majore, hebdomadam jejunabit: ſi conſenſerit, dies viginti: ſi coinquinatus erit, dies centum: ſi voluntatem ſuam expleverit, annum unum.

P.R. tit.3. cap. 23.

Qui complexu fæminæ, vel oſculo polluitur; pœnitentiam aget dies triginta; qui contactu inverecundo, menſes tres.

Pe.Bed.c.2.

Qui concupiſcit mente, ſed non potuit explere; dies decem pœnitentiam aget.

Pe.R tit.3. cap. 23. Pe.R.tit.3. cap. 9. Bur. lib.19.

Qui turpiloquio, aſpectuque polluitur negligens, nec verò peccare voluit; pœnitentiam aget dies viginti: ſi verò impugnatione tentationis, & cogitationis inquinatur; pœnitebit item dies viginti.

Quicumque lenocinium exercuerit, pœnitentiam aget annos duos per legitimas item ferias.

Si

Digitized by Google

Qui hoc facinus admiſerit, S. Communionem non accipiet, niſi in fine. *Syn. Elib. cap. 12.*

Si quæ mulier ceruſsâ, aliove pigmento ſe oblinit; ut aliis viris placeat; pœnitentia afficietur annorum trium. *Ex Syn. Ro.*

PRÆCEPTUM VIII.

Non falſum teſtimonium dices.

Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

QUi affirmarit verum, quod falſum eſt, penitentiam aget ut adulter, ut homicida, qui ſponte id facinus admiſerit. *Bur. lib. 19. tit. de falſ. teſt.*

Qui falſo teſtimonio conſenſerit; penitens erit annos quinque. *Pe. R. tit. 2. cap. 13.*

Qui proximo falſum crimen objicit, pœnitentia afficitur ut falſus teſtis. *P. R. tit. 1. cap. 12.*

Qui proximo peccatum imputarit, priuſquam ſeorſum eum arguerit, primum illi ſatis faciens, pœnitentiam aget tres dies. *Bur. lib 19. cap 117. Pe. R. tit. 1. c. 26.*

Si quis contra proximum linguâ laſcivus *Bur. lib. 10. cap. 56.*

Syn. Nag. cap. 8. civus erit, triduana pœnitentiâ expiabitur.

Bur. l. 10. ...12. Si quis murmuraverit, judicio Sacerdotis pœnitentiam aget pro culpæ gravitate.

Idem. Ibid. c. 26. Si quis convitium manifeſtum Fratri intulerit, diuturnâ expiabitur pœnitentiâ pro modo peccati.

Ibid. 63. Si quis facilè detraxerit, falſumque in hoc dixerit; pœnitens erit dies ſeptem in pane & aqua.

Qui falſitatem, fraudemve in ponderibus, & menſuris admiſerit; pœnitens erit in pane & aqua viginti dies.

Bur. lib. 19. *Pen. tit.* 7. *cap.* 14. Falſarius, in pane & aqua pœnitentiam agat quamdiu vivit.

PRÆCEPTUM IX.

Non concupiſces rem proximi tui.

Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

P. Bed. cap. REm alienam nefariè concupiſcens, avaruſque; pœnitens erit annis tribus.

Qui

Qui aliena furari concupiſcit, furtum eſt: qui item aliena rapere cupit, rapina eſt: qui res Eccleſiæ furari appetit, ſacrilegium eſt: ideò cùm nefariè concupiſcendo graviter peccet, ut peccati mortalis, pœnitentiam aget Sacerdotis arbitratu.

Qui rem aliquam proximi pretioſam invenire cupit, ut illam ſibi retineat: mortale peccatum concipit, cujus pœnitentiam aget, ut ſuprà dictum eſt de furto.

PRÆCEPTUM X.

Non deſiderabis Vxorem proximi tui.

Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

SI quis concupiſcit fornicari; ſi Epiſcopus, pœnitens erit annos ſeptem; ſi Presbyter, quinque: ſi Diaconus, vel Monachus, tres: è quibus unum in pane & aqua: ſi Clericus, aut Laicus, annos duos.

Pe. Tho. Pe. R. tit. 3 *cap.* 25. *Anſel. l.* 10 *cap.* 119.

Si

Pe. R. tit. 3 cap. 11. Si quis in ſomnis ex immundo deſiderio polluitur; ſurgat, & cantet ſeptem Pſalmos pœnitentiales: & dies triginta pœniteat.

Ibidem. Si Clericus, aut Laicus ex mala cogitatione, concupiſcentiaque ſemen effuderit; pœnitens erit dies ſeptem.

CANONES POENITENTIÆ.

De ſeptem peccatis capitalibus.

Capitalia peccata, quæ principalia etiam vocantur, utpotè è quibus omnia vitia principium habent, ſunt: Superbia & vana gloria, Avaritia, Luxuria, Invidia, Ira, Gula, & Acedia.

Pe. Bed. c. 5. Pro capitali, mortalique crimine pœnitentia ſeptem annorum indicitur, niſi peccati gravitas, & perſonæ ſtatus ſeveriorem, diuturnioremque pœnitentiam requirat.

Pro capitali crimine pœnitentiam aget Laicus annos quatuor, Clericus quinque, Subdiaconus ſex, Diaconus ſeptem, presbyter decem, Epiſcopus duodecim.

Sed demonſtratæ jam paulò antè ſunt pœnitentiæ, quæ ex Canonum diſciplina con-

Digitized by Google

conſtituuntur ferè pro peccatis mortalibus, quæ ex his ſeptem capitalibus vitiis originem trahunt. Pro gulæ autem vitio ſunt hi præcipui pœnitentiæ Canones.

CANONES POENITENTIÆ.

De gula & ebrietate.

Sacerdos imprudenter ebrius factus, pane & aqua pœnitentiam agat dies ſeptem: ſi negligenter, dies quindecim: ſi per contemptum, dies quadraginta. *Theo. in Pen.*

Diaconus, & alius Clericus ebrius factus, arbitrio Sacerdotis pœnitens erit. *Bur. lib. 14. cap. 8.*

Monachus ebrius, pane & aqua menſibus tribus: ſi Clericus, viginti dies. *Ivo pag. 13 cap. 76.*

Laicus ebrioſus graviter arguatur, & pœnitentiam agere à Sacerdote cogatur.

Qui humanitatis gratiâ alium inebriare cogit, pœnitentiam aget dies ſeptem: ſi per contemptum dies triginta.

Qui ad bibendum invitat plus quàm naturæ ſatis eſt, pœnitentiam agat.

Qui pro ebrietate & crapula vomitum fecerit, ſi Presbyter, aut Diaconus, pœnitentiam agat dies quadraginta. *Bur. lib. 14. cap. 13.*

Si Monachus, aut Clericus, dies triginta. *Ivo part. 13 cap. 81.*

Si

Si Laicus, dies quindecim.

Si Laicus item, à vino & carne abſtineat dies tres.

Ex Pe. ant. Si quis gulæ cauſa ante horam legitimam jejunium fregerit; duos dies pœnitentiam aget in pane & aqua.

Ex eod. Si quis nimio cibo ſe ingurgitaverit, ut inde dolorem ſenſerit; unum diem pœnitentiam aget in pane & aqua.

CANONES POENITENTIÆ.

De variis peccatis.

C. Relatum. de conſe. diſt. 2. C. Si quis 17 quæſt. 4.

SI quis Sacerdos Miſſam canit, neque communicat; per annum pœnitentiam agat, nec verò interea celebret.

Sacerdos excommunicatus, ſi celebrat; tribus annis pœnitens ſit, hebdomadiſque ſingulis feria ſecunda, quarta & ſexta, à vino & carnibus jejunet.

C. Attendens diſt. 50

Sacerdos, Sacerdotii ſui gradu ordineque in perpetuum amotus, ſi celebrare audet, privatur communione Corporis & Sanguinis Jeſu Chriſti uſque ad ultimum diem, & in excommunicatione eſt, viaticum tantùm in fine ſumens.

Si

Digitized by Google

Si gutta Sanguinis Chriſti in terram cadit, Sacerdos in pœnitentia ſit quinquaginta diebus; ſi ſuper Altare, & ad pannum unum tranſiit, diebus duobus; ſi uſque ad pannos duos, diebus quatuor; ſi uſque ad tres, diebus novem; ſi uſque ad quatuor, viginti diebus.

C. Non oportet. 30. q. 3.
C. Si per negligentiam de conſecrat. diſtinct. 2.

Si incautè dimiſit, quamvis nil nefandi accederit; tribus menſibus à ſui muneris adminiſtratione amovetur.

Qui per ebrietatem Euchariſtiam evomit; ſi Laicus eſt, quadraginta diebus; ſi Clericus, ſexaginta; ſi Epiſcopus, nonaginta diebus; ſi Infirmus, pœnitentiam agat diebus ſeptem.

C. Si quis per ebrietatem, de conſecrat. diſtinct. 2.

Scienter rebaptizatus, ſi propter hæreſim hoc ſceleris admittit, pœnitentia afficiatur ſeptem annorum, quarta, & ſexta feria jejunans, & tribus item Quadrageſimis pane & aqua.

Si verò pro munditia hoc putarit; cum pœniteat tribus annis, quòd ſi ignoranter; non peccat: ſed ideò non promovendus, licet ſit excellens.

Si Epiſcopus, Presbyter, Diaconuſve ſponte eſt rebaptizatus, quamdiu vivit, pœnitens ſit. Alii verò Clerici, & Monachi, & Moniales, ab hæreticis volentes rebaptizari, pœnitentiam agant duodecim annos.

C. Eos quoque de conſecr. diſt. 4.

Sacerdos qui intereſt clandeſtinis deſponſationibus, per triennium ab officii ſui adminiſtratione amovetur.

C. Si qua 31. q. 1.

Sacerdos, qui palliis Altaris mortuum involvit, pœnitens ſit decem annis, & quinque menſibus; Diaconus autem annis tribus, & ſex menſibus.

C. Nemo de conſecrat. diſtinct. 2.

Qui Legata pia Eccleſiæ non ſolvit, uno anno pœnitens erit per legitimas ferias.

Pen. R. Bur. lib. 19.

Qui vir faciem ſuam transformaverit habitu muliebri, & mulier habitu viri; emendationem pollicitus, annis pœnitens ſit tribus.

Concil. Grang. Pen. Rom. Bur. lib. 19. cap. 121.

Infirmos, aut vinctos viſitare negligens, pœnitentiam aget dies decem, pane & aqua victitans.

Digitized by Google

DECLARATIONES

Ex pœnitentiali Romano.

POenitentia unius anni, qui in pane & aqua jejunandus eſt, talis eſſe debet. In unaquaque hebdomada tres dies, id eſt, ſecundam feriam, quartam & ſextam in pane & aqua jejunet; & tres dies, id eſt, tertia feria, & quinta, & Sabbato, à vino, medone, mellito, cerviſia, à carne, & ſagimine, & à caſeo, & avis, & ab omni pingui piſce ſe abſtineat: manducet minutos piſciculos, ſi habere poteſt: ſi habere non poteſt, tantum unius generis piſcem, & legumina, & olera, & poma, ſi vult comedat, & cerviſiam bibat. Et in diebus Dominicis, & Natalis Domini illos quatuor dies, & in Epiphania Domini unum *Cap.* [illegible]

diem, & in Paſcha uſque in octavam diem, & in Aſcenſione Domini, & in Pentecoſte quatuor dies, & in Miſſâ S. Joannis Baptiſtæ, & Sanctæ Mariæ, & duodecim Apoſtolorum, & Sancti Michaëlis, & Sancti Remigii, & omnium Sanctorum, & Sancti Martini, & in illius Sancti feſtivitate, qui in illo Epiſcopatu celebris habetur: in his ſupradictis diebus faciat charitatem cum cæteris Chriſtianis, id eſt, utatur eodem cibo & potu quo illi: ſed ſed tamen ebrietatem, & ventris diſtenſionem ſemper in omnibus caveat.

Cap. 24. Pœnitentia ſecundi anni talis eſſe debet: ut hos dies, id eſt, ſecundam feriam, & quartam in unaquaque hebdomada jejunet uſque ad veſperam, & tunc reficiatur de ſicco cibo, id eſt, pane, & leguminibus ſiccis, ſed coctis; aut

pomis,

pomis, aut oleribus crudis ; unum eligat ex his tribus, & utatur, & cerviſiam bibat, ſed ſobriè ; & tertium diem, id eſt, ſextam feriam in pane & aqua obſervet : & tres quadrageſimas jejunet, primam ante Natalem Domini, ſecundam ante Paſcha, tertiam ante Miſſam Sancti Joannis, & ſi totam quadrageſimam ante Miſſam Sancti Joannis implere non poſſit, poſt Miſſam impleat. Et in his tribus quadrageſimis jejunet duos dies in hebdomada ad nonam, & de ſicco cibo commedat, ut ſuprà notatum eſt : & ſexta feria jejunet in pane & aqua. Et in diebus Dominicis, & in Natali Domini illos quatuor dies, & Epiphania Domini unum diem, & in Paſcha uſque in octavam diem, & in Aſcenſione Domini, & in Pentecoſte quatuor dies, & in Miſſa Sancti Joannis Baptiſtæ,

Digitized by Google

& Sanctæ Mariæ, & duodecim Apoſtolorum, & Sancti Michaëlis, & Sancti Remigii, & omnium Sanctorum, & Sancti Martini, & in illius Sancti feſtivitate, qui in illo Epiſcopatu celebris habetur: in his ſupradictis diebus faciat charitatem cum cæteris Chriſtianis: ſed tamen ebrietatem, & ventris diſtenſionem ſemper in omnibus caveat.

Cap. 25. Pro uno die quem in pane & aqua jejunare debet quinquaginta Pſalmos genibus flexis in Eccleſia, ſi fieri poteſt, decantet; ſin autem, in loco convenienti eadem faciat, & unum pauperem paſcat: & eodem die, excepto vino, de carne, ſagimine, ſumat quidquid velit.

Cap. 26. Qui in Eccleſia genua centies flexerit, id eſt, ſi centies veniam petierit, ſi fieri poteſt ut in Eccleſia fiat, hoc juſtiſſimum eſt: ſi autem

Digitized by Google

autem hoc fieri non poteſt, ſecretè in loco convenienti eadem faciat: ſi ſic fecerit, eo die, excepto vino, carne, & ſagimine, ſumat quod placeat: qui Pſalmos non novit, unum diem, quem in pane & aqua pœnitere debet, dives tribus denariis, & pauper uno denario redimat: & eo die, excepto vino, carne, & ſagimine, ſumat quidquid velit.

Qui verò Pſalmos non novit, & jejunare non poteſt, pro uno anno, quem in pane & aqua pœnitere debet, det pauperibus in eleëmoſynam viginti duos ſolidos, & omnes ſextas ferias jejunet in pane & aqua; & tres Quadrageſimas, id eſt, quadraginta dies ante Paſcha, & quadraginta dies ante feſtivitatem Sancti Joannis Baptiſtæ; & ſi ante feſtivitatem aliquid remanſerit, poſt feſtivitatem adimpleat; & quagraginta Cap. [illegible]

dies

dies ante Nativitatem Domini. In his tribus quadrageſimis quidquid ſuo ori præparatur in cibo, vel in potu, vel cujuſcumque generis illud ſit, æſtimet quanti pretii ſit, vel eſſe poſſit, & medietatem illius pretii diſtribuat eleëmoſynam pauperibus, & aſſiduè oret, & roget Deum, ut oratio ejus, & ejus eleëmoſynæ apud Deum acceptabiles ſint.

Cap. 18. Item qui jejunare non poteſt, & obſervare quod in pœnitentiali ſcriptum eſt; faciat hoc quod Sanctus Bonifacius Papa conſtituit. Pro uno die quem in pane & aqua jejunare debet, roget Presbyterum, ut Miſſam cantet pro eo (niſi ſint crimina capitalia, quæ confeſſa prius lavari cum lachrymis debent) & tunc ipſe adſit, & audiat Miſſam, & devotè ipſe offerat propriis manibus panem & vinum manibus Sacerdotis,

tis, & intentè reſpondeat, quantum ſapit ad ſalutationes, & exhortationem Sacerdotis: & humiliter Deum deprecetur, ut oblatio quam ipſe Presbyter pro ſe, & pro peccatis ſuis Deo obtulerit, Deus omnipotens miſericorditer per Angelum ſuum ſuſcipere dignetur: & eo die, excepto vino, & carne, & ſagimine, comedat quidquid vult: & ſic redimat aliquos anni dies.

Si quis fortè non potuerit jejunare, & habuerit undè poſſit redimere, ſi dives fuerit pro ſeptem hebdomadibus det ſolidos viginti: ſi non habuerit undè tantùm dare poſſit, det ſolidos decem; ſi autem multum pauper fuerit, det ſolidos tres. Neminem verò conturbet quia juſſimus dare ſolidos viginti, aut minùs; quia ſi dives fuerit, faciliùs eſt illi dare ſolidos viginti, quàm pauperi Cap. 29.

tres:

tres: ſed attendat unuſquiſque cui dare debeat, ſive pro redemptione captivorum, ſive ſuper ſanctum Altare, ſive Dei ſervis, ſive pauperibus in eleëmoſynam.

Cap. 30. Qui non poteſt ſic agere pœnitentiam ut ſuperiùs diximus, faciat ſic. Si tres annos continuos jejunare debet, & non poteſt, ſic redimere poteſt. In primo anno, eroget in eleëmoſynam ſolidos viginti ſex, in ſecundo anno eroget in eleëmoſynas ſolidos viginti, in tertio anno ſolidos decem & octo; hi ſunt ſexaginta quatuor ſolidi. Potentes autem homines plus dare debent, quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Et qui illicita committunt, etiam à licitis ſe abſtinere debent, & corpus debent affligere jejuniis, vigiliis, & crebris orationibus: caro enim læta trahit ad culpam, afflicta reducit ad veniam.

Alia

Aliæ declarationes breves.

CONfeſſarius, cùm ex iis quæ conſcripta ſunt intelligat, pro ratione & temporum & perſonarum diverſas pœnitentias fuiſſe, earumq́ue redimendarum certam rationem adhibitam eſſe; arbitrio tamen ſuo illis omnibus mitigandis moderandiſq́ue aget, ut initio traditum eſt.

De pœnitentia per *legitimas ferias* conſtituta; Confeſſarius animadvertet, eo nomine intelligi feriam ſecundam, quartam, & ſextam, Canonum legibus pœnitentiæ, jejunioq́ue præſcriptam.

Carina jejunium, quod aliquando pœnitentiali Canone cavetur, id appellatur, quod per quadraginta dies in pane & aqua fiebat, ut ſæpè numero Burchardus interpretatur. *Carinam* alii dicunt, qui-

quidam *carenam*, alii *carentinam*, alii *carentenam*, alii *quadragenam*.

Pœnitentia per tres Quadrageſimas indicta, ita intelligitur, ut cui imponebatur, is in anno pane & aqua jejunaret Quadrageſimas tres: quarum prima eſt ante diem Natalem Domini, altera antè Paſcha Reſurrectionis; tertia, quæ ſcilicet per dies tredecim ante diem feſtum S. Joannis Baptiſtæ agebatur, quemadmodùm ex Concilii Saleguſtadienſis decreto perſpici poteſt.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google